

Botan. 185
8 Phyt. 185 (3)

SUPPLEMENTUM
FLORAE
WIRCEBURGENSIS

CONTINENS

PLANTARUM GENERA

QUAEDAM ATQUE

SPECIES IN MAGNO-DUCATU

WIRCEBURGENSI RECENTER DETECTA,

NEC NON

OBSERVATIONES NONNULLAS CIRCA PLANTAS INDIGENAS,
EARUMQUE LOCA NATALIA.

Quod

PATRIAE FLORAE CULTORIBUS OFFERT

DR. FRANC. XAV. HELLER

BOTAN. IN UNIVERS. REG. WIRCEB. PROF. PUBL. ET ORD.
HORTIQUE REGII BOTAN. IBIDEM DIRECTOR.



WIRCEBURGI
APUD JOSEPHUM STAHEL.
1815.

<41020341310018

<41020341310018

8 Phytol. 185(3)



P R A E F A M E N.

Ex quo tempore Flora wirceburgensis in lucem prodiit, plures jam praeterlapse sunt anni, in quibus non solum Magni Ducatus wirceburgensis territorio plures partes, magna plantarum copia gaudentes, sed et re herbariae multa magni momenti inventa *) accrevere, quibus Florae illius pretium insigniter est adauctum.

Quae cum ita sint, Botanices studiosis (praesertim, quorum interest, vegetabilia patria notione distincta, et, in quantum possibile, absoluta complecti) haud ingratum officium me praestitutum credidi, si, quae nova hucusque in Florae nostrae finibus detecta sunt, exponerem.

Ex quo indissolubilis paginarum praesentium cum Flora wirceburgensi nexus, nec non consilium apparet, eas tantummodo plantas enarrandi, quae Florae modo dictae aut

*) Numerus generum 8, et ille specierum 92 recenter detectis locupletatus.

desunt, aut quarum nova domicilia, si rariobus fuerint adnumerandae, sunt reperta.

Sermo denique erit de varietatibus singularibus, aliisque notis, quas in plantis, rariobus etiam non adscribendis, recenter observavi.

Suppleturus hoc modo Floram prius datam, ordinem in illa praescriptum omni ex parte reservandum putavi. Plantae itaque omnes in serie systematica, ibidem texta, invenientur.

Similiter characteres generis, specierum differentias dedi, adjuncta semper brevi descriptione plantae recens detectae, et in Flora ipsa omissae, quam, quo accuratius signarem, asterisco insuper signavi. Enarrans, quas in Flora jam descripsi, plantas, paginas notavi, adjunctis solummodo domiciliis noviter inventis, additisque iis *), quae mihi notatu digna videbantur.

Haecce monuisse sufficiat, provocando ad ea, quae in duabus Florae wirceburgensis partibus sum praelocutus.

*) Liceat mihi hoc loco fratris mei dilectissimi Antonii Heller, horti aulae regiae cultoris, manus adjuvantes in colendis nutriendisque plantis indigenis mihi praestitas debitis celebrare laudibus, qui Florae, cum patriae tum exterarum, studium et operam successu felicissimo consecrat.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Fraxinus excelsior. (Flor. wirceb. I. p. II.)

Abundat in omnibus fere montibus sylvaticis et ad pagos *Rhoenae*.

Specimina ibidem crescentia multo proceriora evadunt, quam in aliis regionibus, et altitudinem 120 et 130 pedum persaepe attingunt.

Variat: a) *Floribus omnibus* masculis b) *floribus* plane hermaphroditis, c) *ramulis* pendulis, d) *foliis* angustissimis eroso-dentatis, e) *foliis* atro-viridibus crispatis, f) *foliis* denique in hortis eleganter aureo- et argenteo variegatis.

Varietatis e) egregium in sylva montis *st. crucis* (vulgo *die Rheeden*) specimen admiratus sum.

* *Fraxinus simplicifolia* foliis simplicibus et ternatis ovatis profunde serratis, floribus nudis. (L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 1098. *Ejusd.* Enum. h. b. b. p. 1059.)

Fr. heterophylla Vahl. Enum. I. p. 53.

In nemorosis *der Marrbachsfelder* ad *Abb. Heidenfeld* hanc semel observavi.

Non est vero peculiaris species, sed mera antecedentis ex seminibus ejus orta varietas, quod imprimis Heller Flora. III. I primis

primis etiam attestantur *viri celeberrim. Persoonius* (*synops. plant. II. p. 604.*) et *Gmelinus*. (*Hort. carlsruhan. p. 112.*)

Circaea alpina. (*Fl. wirceb. p. 13.*)

In sylvaticis a pago *Waldberg* versus *claustrum montis st. crucis*, inque aliis *Rhoenae* sylvis copiosissime provenit. Copiose quoque in *Steigerwalde* reperitur.

In iisdem etiam locis *Circaea intermedia Ehrh.* (*Fl. wirceb. l. c.*) cum antecedente sporadice crescit.

Veronica spicata. (*Fl. wirceb. p. 14.*)

Copiosissima in sylvaticis prope *Groszenlangheim*, in via versus *Schwarzach* et in pluribus aliis regionibus.

Variat: *Statura* majori et minori, *foliis* angustioribus latioribusque ac profundius serratis, *caulibus* plane erectis aut adscendentibus et ramosis, nec raro etiam *spicis* 2-3-4 et 5.

Quanquam denegari haud possit, *Veronicam* nostram *spicatam*, prout scilicet aprica montosa aut nemorosa inhabitat, faciem varie mutare, uti optime annotat *Ill. Sprengelius* (*Mantissa prim. Flor. hal. p. 4.*) ex altera tamen parte incredibile mihi non est, *Veronicam* etiam *hybridam* sub variationibus hisce relatis latitare posse. Specimina saltem possideo simul cum *spicata Veronica* lecta notis omnibus, que *Veron. hybridae* tribuuntur, instructa, quibusque planta ab egregio *Marschall a Bieberstein* sub *Veron. hybrida* descripta (*Flor. taur. caucas. I. p. 8.*) omnino convenit. Interea *Veron. hybrida* ab *Ill. Willdenowio* (*Schrad. Journ. 1799. St. II. p. 282. t. 3.*) descripta

scripta atque delineata plantae nostrae nullo modo congrua.

Observationes continuatae, nec non plantae dubiae cultura obscura demum collustrabunt.

Veronica scutellata. (*Fl. wirceb. p. 18.*)

Plantula in Provincia hujate minime rara. In nostris vero regionibus borealibus majori copiam crescentem observavi, quam in australioribus.

Occurrit in siccioribus *caule* vix digitali, in humidis vero, praecipue turfais, semipedali et longiore. *Corollis* etiam totis niveis aeniis reperitur.

Utricularia vulgaris. (*Ibid. p. 27.*)

(*Hayne* in *Schrad. Journ. I. 1800. p. 17. t. 6.*)

Planta non adeo rara, uti videtur. Memorabile vero est, eam annis quibusdam copiosius provenire. Sic e. gr. anno praeterito in paludosis *sylvae hoechbergensis* nimium erat frequens, ubi alias vix rependienda.

* *Salvia verticillata* foliis cordatis crenatodentatis, verticillis multifloris subnudis, stylo corollae labio inferiori incumbente.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 142. Pers. syn. pl. I. p. 28. Schrad. Fl. germ. I. p. 65.*)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias, in herbidis. (In agro sinistrosum juxta viam versus *Gerbrunn* inter *Trifolium pratense* specimina 5-6 nuperrime detexit *dil. Fr. G. H.*)

Caules erectiusculi, tetragoni, subvillosi, pedales aut sesquipedales. *Folia* rugosa, villosa, crenato-

dentata, obtusa: *inferiora* longius petiolata cordato-ovata, *superiora* breviter petiolata cordato-subrotunda. Flores pedunculati in verticillos multifloros remotos subsecundos dispositi. Corollae parvae, extus pubescentes, coerulescenti-purpureae.

Herba fere inodora.

* *Salvia sclarea* foliis cordatis acutis rugosis crenatis, bracteis concavis acuminatis calyce longioribus.

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 147. Pers. syn. pl. 1. c. Schrad. Fl. germ. p. 67. Herb. Blackw. t. 122. Sturm. Deutschl. Fl. I. 9.)

Bienn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in hortis, ad vias. (Specimina pauca ad viam versus Heidingsfeld atque inter hortos ante portam Pleichach lecta sunt.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, villosus, subviscidus. Folia cordata, acuta, rugosa, villosa, inaequaliter crenata: *inferiora* petiolata, *summa* sessilia. Verticilli 3-5-flori bracteis amplis acuminatis ciliatis coloratis suffulti. Corollae speciosae, pallide coeruleae.

Planta sine dubio hortis egressa, ubi nonnunquam colitur. Clima vero nostrum haud aegre fert, et per aliquot jam annos spontanea observatur.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Gladiolus communis. (Flor. wirceb. p. 47.)

Occurrit etiam in pluribus aliis regionibus, e. gr. in sylvaticis herbis inter *Versbach* et *Rimpar*, im Stei-

Steigerwalde, in foresto mühlhussano, prope *Schweinfurt* et alibi.

* *Iris sibirica* imberbis, soapo sub-3-floro tereti, germinibus trigonis, foliis linearibus.

(L. sp. pl. ed. Willd. I. 237. Schrad. Fl. germ. I. p. 107. Jacq. Fl. austr. t. 3.)

J. pratensis. Pers. syn. pl. II. p. 53.

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvaticis, in pratis. (Passim in sylva ad *Grossenlangheim* et im *Forste* ibidem. In pratis prope *Abb. Heidenfeld* non procul vom *Altfeldhof* satis frequens.)

Scapi 1-2-pedales, erecti, teretes, glaberrimi, sub-3-flori. Folia linearia, acuminata, glabra, lineata, scapo breviora. Flores terminales, dilute coerulei; laciniis reflexis majoribus pallidioribus, erectis minoribus saturatius coloratis. Tubus corollae brevissimus. Stigmata laciniarum corollae colore, sed pallidiora, apice incisa.

Schoenus albus. (Flor. wirceb. p. 50.)

Frequens in graminosis paludosis sylvae *Kitzingensis*.

* *Schoenus fuscus* culmo trigono, foliis setaceis canaliculato-carinatis, fasciculis terminalibus subgeminis involucre longe minoribus, spiculis sub-3-floris, stigmatibus stylo longioribus.

(L. sp. pl. ed. Willd. p. 262. Pers. syn. pl. p. 58. Schrad. Fl. germ. p. 110.)

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in uliginosis turfosis. (Frequens an den sogenannten ungeheuern Seen prope *Grossenlangheim*.)

A præcedente differt: *culmis* humilioribus tenuioribus obtuse trigonis, *foliis* minoribus filiformibus, *spiculis* plerumque 2 breviter pedicellatis fasciculatis fuscis: altera minore, et *setis receptaculi* modo 3 seminibus duplo longioribus.

Schoenus nigricans. (Flor. wirceb. p. 51.)

Plantam coeterum rarissimam secundum relationem D. D. W olff in udis prope Schweinfurt passim legere licet.

Scirpus Bæothryon. (Fl. wirceb. p. 53.)

In humidiusculis in via a Sickershausen versus Grossenlangheim, porro versus Hofsfeld, inque foresto kitzingensi non rarus.

Scirpus palustris. (Flor. wirceb. p. 54.)

Variat 1) *culmis* minoribus tenuioribus inæqualibus, intermixtis crassioribus longioribus et tenuissimis brevioribus, mox erectis, mox varie curvatis aut flexuosis, et *spicis* ovatis minoribus variae magnitudinis: *glumis* oblongis acutis. (Sc. varius Schreb. in Flor. erb. ed. Schweigg. et Kört. p. 11.) 2) *radice* crassiore sublignosa, *culmis* digitalibus aut sesquidigitalibus pertenuibus filiformibus confertis aequalibus rigidioribus erectis aut varie flexis, ac *spicis* multo minoribus: *glumis* lineari-oblongis obtusiusculis. (Sc. tenuis. Schreb. l. c. p. 12.)

Scirpus Caricis. (Ibid p. 56.)

Etiam in fossis prope Sickershausen observatus est.

Nardus stricta. (Ibid. p. 64.)

Copiosissime ubique in monte st. crucis, inque aliis montibus Rhoenæ.

DI-

DIGYNIA.

* *Syntherisma glabrum* foliis vaginisque glabris, flosculis ovatis.

(Schrad. Fl. germ. I. p. 163. t. 3. f. 6.)

Panicum sanguinale. Leers. Fl. herb. p. 14. t. 2. f. 6.

Digitaria filiformis. Koeler. Descript. Gram. p. 26.

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. ad vias, in arenosis. (Ad vias inque arenosis prope Heidingsfeld et Grossenlangheim. Copiose in arenosis subhumidis circa Sickershausen, et alibi.)

Culmi digitales, sesquidigitales, erecti toti aut adscendentes, basi saepissime procumbentes, tenues, filiformes, glabri, nodis 2-3 purpureis instructi. *Folia* brevia, striata, glabra. *Vaginae* subinflatae, striatae, glabrae. *Ligula* obtusa, integra. *Spicae* 2-3, lineares, graciles, primo erectae, florentes horizontales. *Spiculae* parvae, rachi latiores, ovatae, geminae, pedunculatae: *pedunculo* altero brevior. *Pedunculi superiores* plerumque uniflori. *Calyx* muticus: *valvulis* aequalibus laevibus tenuissime pubescentibus. *Corolla* cartilaginea, nitida, purpurascens, *semen* arcte includens.

Habitus omnino *Syntherismatis vulgaris*, quocum facillime confunditur.

Phalaris arundinacea. (Fl. wirceb. I. p. 71.)

Varietas *foliis* latioribus ex albo et flavescenti elegantissime variegatis prope Grünau sponte crescit.

Stippa pennata. (Ibid. p. 85.)

Co-

Copiosa in monte *Kalbenstein* infra *Karlstadt*, et passim prope *Schweinfurt*. *D. W.*

Aira praecox. (*Flor. wirceb. I. p. 96.*)

Hab. circa *den ungeheuern Seen* ad *Grosenlangheim* frequens.

Melica coerulea. (*Ibid. p. 100.*)

Varietas *culmis* demissioribus, *foliis* angustioribus brevioribusque in pratis humidis *Rhoenae*, praesertim prope *Waldberg* minime rara.

Poa sudetica. (*Ibid. p. 107.*)

In humidis montis *st. crucis* versus *Bischofsheim* non raro obvia.

Poa serotina. (*Ibid. p. 110.*)

Elegans graminis hujus variatio caesia in *sylvulae hahemiensi* reperitur.

Festuca bromoides. (*Ibid. p. 118.*)

Ante *sylvam* inter *Bremig* et *Waldaschach* passim occurit.

Bromus asper. (*Ibid. p. 132.*)

In *sylva auersbergensi* non infrequens.

Variat *culmis* glabris.

Bromus giganteus. (*Ibid. p. 133.*)

In eadem cum praecedente *sylva*, sed magis frequens.

* *Bromus racemosus* panicula erecta, spiculis oblongo-ovatis subcompressis nudis, flosculis im-

bri-

bricatis, corollarum gluma exteriori apice indivisa, aristis rectis glumam aequantibus, foliis obsolete pubescentibus.

(*L. sp. pl. ed. Willd. I. p. 436. Pers. syn. pl. I. p. 95. Schrad. Fl. germ. I. p. 352.*)

Bromus pratensis. *Koeler. descr. gram. p. 239. Bienn. Flor. Majo-Julio.*

Hab. in agris, in pratis, ad vias. (Frequens ad pedes montis *Schwabenberg*).

Affinis *Bromo molli*, a quo differt: *culmis* gracilioribus glabriusculis, *foliis* vaginisque minus pubescentibus, *panicula* rariore: *pedunculis* indivisis scabris, *spiculis* scabris nitidis, et *flosculi glumis exterioribus* apice integerrimis.

Variat *culmis* scabris et numero *flosculorum* a 4 ad 10.

Elymus europaeus. (*Flor. wirceb. I. p. 149.*)

Frequens etiam in montibus *Kreutzberg* et *duersberg*.

Variat: *foliis* nudis et *flosculis* masculis.

TRIGYNIA.

Montia fontana. (*Flor. wirceb. I. p. 153.*)

Abundat quoque in humidis circa *Grosenlangheim* et ad *scaturigines montium rhoenanorum*.

Variat *statura* minori.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Dipsacus laciniatus* foliis connatis sinuatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* I. p. 544. *Hoffm.* Fl. germ. I. p. 68. *Jacq.* Fl. austr. t. 403.)

Bienn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In fossa oppidana versus dem *Pleichacher Thore* plantas plures observavi).

Caulis 3-4-pedalis, erectus, ramosus, angulatus, aculeatus. *Folia* opposita, connato-perfoliata, laciniato-pinnatifida, glabra, *subtus* pubescentia; *costa media* alba breviter aculeata. *Pedunculi* angulati, aculeati. *Capitula* ovata, obtusa, basi *foliolis* rigidis aculeatis involucreta. *Flores* albi. *Paleae receptaculi* lanceolatae, mucronatae, ciliatae, flores paulo superantes.

* *Scabiosa canescens* tomentoso-canescens, corollulis 5-fidis radiantibus, caule multifloro, foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis pinnatifidis pinnatisque.

(*Willd.* Enum. hort. b. p. 146. *Pers.* syn. pl. I. p. 120. *Waldst.* et *Kitaib.* plant. rar. Hung. I. p. 53. t. 53.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in collibus, in arenosis. (In locis declivibus montis ad sinistra *moeni* littora versus *Sulzfeld* copiose. *Dr. Nees.* Reperitur etiam passim in arenosis

nosis prope *Grosenlangheim*, et in arenosis versus *Himmelsporten* specimina aliquot nuperrime legit *dit. Fr. G. H.*)

Maxime affinis *Scabiosae columbariae*, quae cum hucusque commutata esse videtur. Dignoscitur vero facillime: *amictu* cano-tomentoso, *foliis radicalibus* ovato-lanceolatis integerrimis, quae in ea evidenter crenata sunt, et *foliolis calycinis* brevioribus.

Flores violaceo-coerulei.

Varietate *subinde caule* 3-4-et 1-floro.

Asperula tinctoria. (*Flor. wirceb. I. p. 168.*)

Etiam in aridis circa *Schweinfurt* passim obvia.

D. W.

Corollae neutiquam semper 3-fidae.

* *Galium hyssopifolium* foliis quaternis inaequalibus lineari-lanceolatis 3-nerviis obtusis glabris.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 71.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Rarum in pineto prope *Sickershausen.*)

Affine *Galio boreali*, a quo: *foliis* in verticillo aequalibus duplo fere latioribus, *nerviisque* 3 longitudinalibus, *subtus* setuloso-scabris, *panicula* diffusa et *fructibus* praecipue glabris, evidenter recedit.

Amicissim. *D. Dr. Nees* hanc speciem, quam in loco indicato primo detexit, per plures jam annos culturae subjectam constantissimam observavit.

Galium erectum. (*Fl. wirceb. I. p. 173.*)

Hab. quoque in nemorosis humidis pone *Michelfeld.*

Galium boreale. (*Ibid. p. 177.*)

Repe-

Reperitur etiam in *sylvula mainbernhemiensi* et in monte *st. crucis*.

Planta in cultis crescens *folia* multo angustiora ac *semina* minus hispida ostendit.

Plantago media. (*Fl. wirceb. I. p. 179.*)

Hujus singularis variatio *foliis omnibus* longedentatis apud nos obvia. Plura saltem ejus specimina nuperrime am *Quellenbachs* legit *dil. Fr. G. H.*

Centunculus minimus. (*Ibid. p. 180.*)

(*Sturm. Deutschl. Flor. I. 30.*)

Perfrequens est in pluribus regionibus, e. gr. circa *Abb. Heidenfeld, Schweinsfurt, Kitzingen, Grossenlangheim*, in arenosis *Rhoenae*, e. gr. in agris arenosis infra *Waldberg*, alibique.

Calyx non raro 5-partitus.

TETRAGYNIA.

Potamogeton compressum. (*Ibid. p. 191.*)

Hab. quoque ad lacum parvum in via a *Sickershaussen* versus *Marktstet* et prope *der durren Brücke* ad *Sickershaussen. D. N.*

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Lithospermum officinale. (*Flor. wirceb. I. p. 218.*)

Occurrit quoque in siccis prope *Schweinsfurt. D. W.*

Variat *foliis* angustioribus et latioribus, nec non *statura* majori.

* *Pulmonaria mollis* foliis radicalibus ovato-lanceolatis, caulinis oblongo-lanceolatis pedunculisque molliter villosis.

Perenn. Flor. Martio-Majo.

Hab. in sylvis frondosis fere ubique.

Certissime species distincta, cujus cognitionem *el. D. Wolfio schweinsfurt.* debemus, quippe qui primo eam distinxit.

Planta aequè culta ac spontanea per plures jam annos observata mutationi nulli succubuit.

Inter *Pulmonariam officinalem* et *P. angustifoliam* medium omnino tenet. Hujus habet folia, illius flores.

Androsace septentrionalis. (*Ibid. p. 226.*)

Planta in provincia nostra minime rara, ad vulgatissimas potius pertinere videtur, et in regionibus quibusdam revera abundat. Sic eam in arenosis prope *Erlach, Grossenlangheim, Sickershaussen* et alibi maxima copia crescentem observabis.

Primula farinosa. (*Ibid. p. 229.*)

In pratis udis prope *Abb. Heidenfeld* e. gr. circa *dem Altfeldhof* copiosissime provenit, sicuti etiam versus *Schweinsfurt*.

Scapus a digitali altitudine ad pedalem fere accedit. *Folia* nonnunquam *subtus* obsolete farinosa.

Prim. farinosa ab *Ill. Wahlenbergio* (*Ejusd. Flor. lappon. p. 60.*) descripta est hujus varietas notatu dignissima, *statura* imprimis majori, *foliis* evidenter dentatis omnique fere *farina* destitutis, *laciniis calycinis* eximie rugulosis vel nodulosis ad margines et intus praecipue pulvere leproso grosso obtectis, et *corollae tubo* calyce duplo longiore insignita.

POLEMONIUM.

Cal. 5-fidus. *Cor.* rotata 5-partita. *Stamina* squamis basin corollae cludentibus inserta. *Stigma* 3-fidum. *Caps.* supera 3-ocularis.

* *P. coeruleum* foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus.

(*Oeder. Fl. dan. t. 255. Schkuhr. bot. Handb. t. 38. Sturm. D. Flor. I. 27.*)
Perenn. Flor. Majo Julio.

Hab. in sylvaticis montosis. (Plantae coeterum rarissimae plurima ante 2 annos in sylvaticis montis *st. crucis, in den Rheeden* non procul a via versus *Wildfleck* legi specimina.)

Caulis plantae spontaneae vix pedalis, erectus, glaberrimus, *superne* paniculatus. *Folia* alterna, impari-pinnata, multijuga: *foliolis* pedicellatis elliptico-lanceolatis integerrimis. *Corollae* speciosae, saepissime albae.

In loco natali vix unum alterumve reperi specimen *corollis* coeruleis.

Planta

Planta culta speciosior, hortorum solitum ornamentum, *floribus* plerumque gaudet coeruleis.

Campanula glomerata. (*Fl. wirceb. I. p. 240.*)

Datur ejus *varietas* omnino glabra.

Campanula Cervicaria. (*Ibid. p. 241.*)

Habitat praeter loca indicata *in Kapusinerholz* ad *Ochsenfurt* frequens. Passim etiam *in der Waldskugel*, in sylvaticis prope *Mainbernheim* et *Michelsfeld* non rara.

Phyteuma orbiculare. (*Ibid. p. 243.*)

In sylvaticis prope *Gramschatz, Zell, Abb. Heidenfeld* et *Schweinsfurt* sporadice provenit, copiosè vero in prato sylvatico *des Ochsengrundes* prope pagum *Gramschatz*.

SAMOLUS.

Cal. 5-partitus, superus. *Cor.* hypocrateriformis, 5-fida. *Stamina* munita squamulis corollae. *Caps.* 1-ocularis, polysperma.

* *S. Valerandi* caulibus diffusis ramosis, foliis obtusis.

(*Oeder. Flor. dan. t. 198. Schkuhr. bot. Handb. t. 40.*)

Ann. bienn. ? Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Prope oppid. *Schweinsfurt* lecta est a *cl. D. Wolff.*)

Caulis palmaris et altior, erectus, teres, glaber, parum ramosus. *Folia* alterna, petiolata, obovata, obtusa, glaberrima: *superiora* sessilia. *Racemus* terminalis, erectus, multiflorus. *Bractee* parvae, lanceolatae: *Corollae* minutae, albae.

* Ver-

* *Verbascum Blattaria* foliis nudis, radicalibus subsinuatis inaequaliter crenatis, caulinis subcordato-ovatis acuminatis dentatis apice integerrimis, racemo elongato, pedunculis solitariis alternis.

(Willd. Enum. hort. b. b. p. 225.)

Bienn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in argillosis, ad vias. (Specimina 3 prope Theres lecta mihi communicavit D. Koerte.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, parum ramosus, subangulatus, glaber. Folia alterna, sessilia, glabra, nitida, duplicato-serrata, ovato-lanceolata aut oblonga: radicalia, in petiolum brevem decurrentia. Racemus terminalis, elongatus, laxus. Flores pedunculati, solitarii, majusculi, aurei. Filamenta villis purpureis obsessa. Stylus glandulosus.

Variat floribus albis.

* *Ribes pteraeum* inerme, racemis pilosiusculis erectis, floribus planiusculis: petalis obtusis.

(Jacq. ic. rar. V. 1. t. 49. Schmidt. oester. allgem. Baumz. t. 94. Guimpel. Abbild. deutsch. Holzart. t. 20.)

Frutex. Flor. Majo.

Hab. in montosis. (Ad pedes montis st. crucis versus Bischofsheim, ubi primo a cl. D. Custer detecta est.)

Fruticulus 2-4-pedalis, erectus. Folia sub-3-loba: lobis acuminatis inciso-dentatis. Racemi pilosiusculi, multiflori: floriferi erecti, fructiferi penduli. Flores rubri. Bractee floribus breviores.

* *Ribes alpinum* inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis.

(Jacq.

(Jacq. Fl. austr. t. 47. Oeder. Fl. dan. t. 968. Schmidt. oester. allgem. Baumz. t. 96. Guimp. Abbild. deutsch. Holzart. IV. t. 21.)

Frutex. Flor. Aprili, Majo.

Hab. in saxosis, in sylvaticis. (Perfrequens in monte st. crucis in saxosis am Johannisfeuer, in den Reeden ibidem, inque aliis montibus rhoenans.)

Simile *Ribi rubro*, a quo differt: foliis minoribus 3-lobis denticulatis subtus praecipue lucidis, racemis semper erectis ovatis obtusis, floribus ut plurimum dioicis, bracteis lanceolatis pedicello longioribus et baccis denique minoribus pulposis dulcescentibus fatuis.

* *Thesium ramosum* caule erecto ramoso, racemis foliatis elongatis, floribus sessilibus bracteis minoribus obvallatis.

(Hayne in Schrad. Journ. I. 1800. p. 30. t. VII. (Marsch. a Bieberstein. Fl. taur. caucas. I. p. 175.)

Th. alpinum Pollich. Fl. palat. n. 240. Gmel. Fl. bad. I. p. 551.

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis, in collibus siccis. (Prope Grossenlangheim, Kitzingen, Sickershausen et Erlach haud rarum.)

Differt a *Thesio Linophyllo* affini: caule basi ramoso, foliis minoribus acutis, racemis elongatis: inferioribus altioribus, pedunculis racemorum aequalibus, nec sursum decrescentibus, floribus sessilibus, laciniis calycinis integerrimis, nec supra basin 2-dentatis et nucce oblonga.

Heller Flora III.

2

Viola

Viola persicifolia. (Flor. wirceb. I. p. 296.)

In salicetis praeterea subhumidis ad littora moeni prope *Albertshofen*, in sylvula *Erlach* apud *Gros-senlangheim*, alibique non rara.

Viola mirabilis. (Ibid. p. 267.)

Im *Käferhölzchen* versus *Kitzingen* hoc anno pluries quoque eam legit *dil. Fr. G. H.*

DIGYNIA.

* *Atriplex erecta* caule herbaceo erecto, foliis ovato-lanceolatis: inferioribus sinuatis, calycibus seminum undique muricatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 965. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1093.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in inundatis. (In inundatis ad pedem montis prope *Hohfeld* lecta est ab *Ill. D. Nees.*)

Caulis erectus, firmus, ramosus. *Folia* petiolata, subpulverulenta, ovato-lanceolata, acuta: *superiora* fere integerrima, *inferiora* sinuato-dentata. *Racemi* terminales, compositi, multiflori, subaphylli.

Distinctissima species, *fructu* parvo, maxime muricato, copiosissimo, facile recognoscenda. *Smith* l. c.

* *Atriplex laciniata* caule herbaceo erecto, foliis deltoidibus dentatis subtus albidis.

(*Pers.* syn. pl. I. p. 293. *Smith.* Fl. brit. III. p. 1090.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. ad vias. (Legitur rarius an *der Chaussee* apud *Estenfeld* et *Werneck*. Etiam prope pagum *Giebelstadt* passim occurrit.)

Caus-

Caulis sesqui- aut 2-pedalis, erectus, teres, virgatus. *Folia* alterna, petiolata, deltoideo-rhombea, dentata, *subtus* praecipue argenteo-pulverulenta aut laminulis quasi argentata. *Flores hermaphroditi* in spicas densas terminales conglomerati, *foeminei* axillares pedicellati plerumque gemini.

Tota planta tecta quasi epidermide secedente. *L.*

Gentiana Pneumonanthe. (Flor. wirceb. I. p. 282.)

Reperitur quoque circa *Schweinsfurt.* *D. W.*

Gentiana cruciata. (Ibid. p. 285.)

In omnibus fere sylvis et nemoribus nostris vulgo obvia.

* *Gentiana verna* corolla 5-fida infundibili-formi, foliis ovatis acutiusculis: radicalibus patentibus majoribus.

(*Froelich.* de Gent. Diss. p. 65.)

G. bavarica. *Jacq.* obs. 3. t. 41.

Perenn. Flor. primo vere.

Hab. in montosis, in pratis. (Rarius observatur prope *Schweinsfurt.* *D. W.* Copiose provenit in prato apud *Erlach.* *D. N.*)

Caulis 2-4-uncialis, erectus, filiformis, angulatus, simplicissimus, glaber. *Folia* ovato-lanceolata, acutiuscula, glabra, rigidiuscula: *radicalia* in terram incumbentia in rosulam congesta, *caulina* opposita minorā. *Flos* terminalis, saturate coeruleus. *Corollae lacinae* ovatae, obtusae, crenatae aut integrae.

2 *

UM-

UMBELLATAE.

Astrantia major. (Fl. wirceb. I. p. 288.)

Crescit copiosissime in sylvâ gramschatziensi, praesertim utrinque juxta viam versus pagum Gramschatz.

Selinum palustre. (Ibid. p. 297.)

Copiosum in paludosis foresti grosenlanghemiensis.

* *Selinum sylvestre* caule laevi, radice fusiformi multiplici.

(Oeder. Flor. dan. t. 412.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in paludosis sylvaticis. (In paludosis sylvaticis circa Grosenlanghem passim reperitur.)

Planta sublactescens. *Caules* numerosi, laeves, glabri, teretes, inferne ramosi. *Folia* glabra, tripinnata: *pinnulis* incisis, *laciniis* ovatis obtusiusculis. *Umbellae* terminales, multifidae: *umbellulis* multifloris remotis. *Involucrum* polyphyllum: *foliolis* margine membranaceis. *Involucellum* consimile: *foliolis* acutioribus. *Petala* explicata. *Styli* post anthesin recti.

Athamanta Libanotis. (Ibid. p. 301.)

Provenit passim circa oppidum Schweinsfurt. D. W.

Peucedanum officinale. (Ibid. p. 302.)

Perfrequens auf dem Frohnberge supra Mühlbach, in collibus sylvaticis im Erlacher Grunde, circa Gerbrunn, Schweinsfurt, et alibi.

* *Peucedanum alsaticum* foliis supradecompositis planis, pinnulis ovatis incisis nervosis: laciniis lanceolatis divergentibus.

(Jacq.

(Jacq. Fl. austr. t. 70. Marsch. a Bieberst. Fl. taur. caucas. I. p. 216.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in asperis, in graminosis. (In asperis prope Randesacker, in loco praecipiti montoso supra Hahfeld, in salicetis versus Moenum prope Albertshofen et in pratis apud Mainstockheim.)

Caulis 2-4-pedalis et altior, erectus, glaber, ramosus, obsolete angulatus. *Folia radicalia* ampla, multiplicato-pinnata, *caulina inferiora* tripinnata, *superiora* sensim minora 2-3-pinnata. *Foliola* lanceolata, acuta, plana, nervosa, glabra, 2-3-4-fida: *terminale* sub-3-lobum. *Umbellae* terminales, medio-cres, planiusculae. *Involucra* polyphylla: *foliolis* 2-3-6-8 angustis brevibus linearibus. *Flosculi* parvi, lutescentes, omnes fertiles.

Laserpitium latifolium. (Fl. wirceb. I. p. 304.)

Copiosum in sylvis ad Gramschatz, Veitshoeckheim et Stetten.

* *Laserpitium pruthenicum* hirtum, foliolis lanceolatis integerrimis: extimis coalitis.

(Jacq. Fl. austr. t. 153.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in nemorosis, in sylvaticis. (In foresto grosenlanghemiensis non adeo rarum. Reperitur quoque in sylvâ versus Kist, in sylvaticis prope Waldbrunn et Eisingen.)

Caulis 4-6-pedalis, erectus, angulosus, ramosus, pilis albis hirtus. *Folia* supra glabra, subtus margine et versus costam hirta, 2-pinnata: *foliolis* pin-

pinnatifidis cuneiformi-lanceolatis, *laciniis* ovatis acutis. *Umbellae* terminales, multifidae: *radiis* hispidis, *involucris* et *corollis* albis. *Involucra* polyphylla.

* *Heracleum flavescens* foliis pinnatis, foliolis quinis oblongis pinnatifidis acuminatis dentatis margine scabris, floribus radiatis.

(*Willd.* Enum. hort. b. b. p. 311.)

H. angustifolium, *Jacq.* Fl. austr. t. 173.

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In *sylvula hohemiensi* rarissima haec apud nos planta primo detecta est ab *Ill. D. Nees*. Occurrit etiam in *sylvula Struth* prope *Marktbreit*, et perraro in *Kaeferholz*.)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, parum ramosus, angulato-sulcatus, fistulosus, *inferne* praecipue *pilis albis* hispidus, *superne* glabriusculus. *Folia* alterna, pinnata: *foliolis* pedicellatis plerumque quinis ovato-oblongis pinnatifidis aut laciniato-sinuatis dentatis acuminatis mucronatis margine praecipue scabris. *Petioli* longi, *vaginas praemagnas* inferne formantes. *Umbellae* terminales, longe pedunculatae, multiradiatae. *Umbellulae* multiflorae: *floribus* radiatis flavo-viridibus.

* *Sium repens* caule repente, foliis pinnatis: foliolis oppositis sessilibus subrotundis inaequaliter angulato-dentato-serratis.

(*Jacq.* Fl. austr. t. 260. *Gmel.* Fl. bad. I. p. 671. t. 5.)

Perenn.

Perenn. Flor. Junio-Octobri.

Hab. in humidis, in paludosis. (Planta olim ad lacum parvum in agro pascuo kitzingensi versus *Hohheim* valde copiosa. Crescit nunc rarius in humidis prope *Groszenlangheim*. Copiose vero ad lacum ante portam suburbii kitzingensis *Etwashaussen*, et in arenosis humidis prope *sylvulam Erlach*.)

Caules prostrati, repentes, radicanes, teretes, striati, glabri. *Folia* petiolata, glabra, impari-pinnata: *foliolis* subrotundis aut cuneatis venosis varie lobatis, impari 3-lobo. *Pedunculi* radicati, erecti, oppositifolii. *Umbellae* parvae. *Umbellulae* divaricatae, multiradiatae. *Involucrum* breve, reflexum. *Involucella* patentia, longitudine flosculorum. *Corollulae* aequales, albae, nonnunquam intus rubellae.

Cicuta virosa. (*Flor. wirceb. I. p. 312.*)

Abundat in paludosis *sylvae waldbrunnensis*.

Coriandrum sativum. (*Ibid. p. 313.*)

In agris prope *Wasserlos* magna copia sponte provenit.

Seseli annuum. (*Ibid. p. 322.*)

Passim occurrit in monte *Schwabenberg* inque *foresto kitzingensi* versus *Groszenlangheim*. Copiose autem ad margines *ejusdem foresti* ad viam ab oppidulo *Kitzingen* versus *Schwarzach*. Hinc inde etiam in *Kaeferhölzchen* versus *Rottendorf*.

Anethum graveolens. (*Ibid. p. 324.*)

In agris ad *sylvulam mainbernhemiensem*, inque vicinia lacus ibidem spontanea.

Pimpinella magna. (Flor. virceb. I. p. 328.)

Planta in nemoribus plerisque magna copia crescens.

TRIGYNIA.

* *Alsine viscosa* caule paniculato foliisque pubescentibus, petalis calyce brevioribus.

(Pers. syn. pl. I. p. 330. Hoffm. Fl. germ. I. p. 149.)

Arenaria tenuifolia. Flor. dan. t. 389.

Ann. Flor. primo vere.

Hab. in collibus, in agris. (In collinis, inque agris versus *Triefenstein*, *Lengfurth*, *Rofsbrunn* et alibi passim invenienda.)

Ab *Alsine media* differt: caulibus paniculatis pubescentibus, nec unifariam pilosis, foliis pube tenuissimo vestitis subviscosis et floribus capsulisque calyci pubescenti non aequalibus, sed eo brevioribus.

PENTAGYNIA.

* *Linum austriacum* calycibus obtusis, foliis linearibus acutis confertis rectis, caulibus erectiusculis.

(Jacq. Fl. austr. t. 418.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis, in montosis. (Perfrequens in sylvaticis circa *Grosenlangheim*, et passim etiam prope *Schweinsfurt*.)

Simillimum *Lino usitatissimo*, a quo differt: caulibus diffusis erectiusculis, superne ramosioribus:
ramis

ramis magis distantibus, foliis sparsis linearibus acutis remotioribus, floribus ante anthesin nutantibus majoribus speciosioribus, petalis integerrimis, calycibusque brevioribus: foliolis 2 interioribus apice rotundatis obtusissimis.

POLYGYNIA.

Myosurus minimus. (Fl. virceb. I. p. 344.)

Nimium frequens in campis sterilibus ad *Erbs-haussen*, in agris arenosis prope *Abb. Heidenfeld*, *Ki-izingen* et alibi.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Allium descendens* scapo subteretifolio umbellifero, pedunculis exterioribus brevioribus, staminibus tricuspidatis.

(Willd. Enum. hort. b. b. p. 359.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in vineis. (In vinea prope *Teitshöchheim* specimina aliquot legit *dil. Fr. G. H.*)

Radix bulbis pluribus albidis profundius quotannis in terram descendentibus composita. Scapus circiter pedalis, erectus, leviter sulcatus, glaberrimus, basin versus foliis paucis angustis linearibus glaberrimis semiteretibus fistulosis vestitus. *Umbella* terminalis

nalis, densa, multiflora: *pedunculis* inferne angustioribus, *exterioribus* interioribus evidenter brevioribus. *Petala* ovata, acuta, glabra, purpurea.

Allium angulosum. (*Fl. wirceb. I. p. 358.*)

Planta in *foresto kitzingensi*, circa *Groszenlangheim* et *Schweinsfurt* saepius observanda.

Lilium Martagon. (*Ibid. p. 361.*)

Abundat in monte *st. crucis*, inque aliis regionibus sylvaticis.

Varietas *corollis* albidis in nemorosis prope *Abb. Heidenfeld* existit.

* *Scilla amoena* scapo angulato, *pedunculis* alternis, *flore* brevioribus, *bracteis* obtusis brevissimis. (*Jacq. Fl. austr. t. 218. Schkuhr. bot. Handb. t. 94.*)

Perenn. Flor. Majo.

Hab. ad sepes, in pratis. (Lectariarius prope *Kissingen*.)

Scapi e radice bulbosa 2-3-4, *palmares*, erecti, simplices, nudi. *Folia* canaliculata, lanceolata, obtusa, glaberrima. *Racemus* terminalis, valde latus, pauciflorus. *Flores* alterni, laterales, nutantes: *pedunculis* brevissimis coloratis. *Bractee* minimae, membranaceae. *Petala* obtusa, amoene coerulea, basi *lineis* 2 abidis notata.

Anihericum Liliago. (*Ibid. p. 367.*)

In collibus arenosis infra *Albertshofen*, prope *Groszenlangheim*, in arenosis versus *dem Karlsburger See*, inque monte *Kalbenstein* neutiquam rarum.

Cult.

Convallaria verticillata. (*Flor. wirceb. I. p. 370.*)

In omnibus *Rhoenae* sylvis frequens.

* *Juncus capitatus* culmo nudo filiformi, *capitulo* terminali sessili subsolitario involucreto.

(*Willd. Enum. hort. b. b. p. 391. Hoffm. Fl. germ. I. p. 166. Weig. obs. p. 28. t. f. 5. Sturm. D. Flor. I. 13.*)

J. gracilis. *Roth. Fl. germ. I. p. 155. II. p. 402.*

J. mutabilis. *Cavanill. icon. 3. p. 49. t. 296. f. 2.*

J. ericetorum. *Pollich. Fl. palat. n. 350. Gmel. Fl. bad. II. p. 72.*

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in arenosis subudis. (In humidis ad viam a *Sickershaussen* versus *Marktstett* et in fossis non procul a lacu apud *Mainbernheim* non raro obvius. Reperitur quoque circa *Groszenlangheim*.)

Radix tenella, fibrillosa. *Culmi* plures, *digitales* aut *palmares*, erecti, nudi, filiformes: *juniore* subcompressi, *adultiore* semicylindrici canaliculati. *Folia* culmis omnino similia, sed triplo fere breviora. *Capitulum* terminale, densum, sessile. *Involucrum* 3-5-phyllum: *foliis* inaequalibus acuminatis *carina* *marginis* membranaceis, *supremo* longissimo, *primo* erecto, *dein* recurvo. *Capsulae* obsolete triquetrae, obtusissimae, bruneae.

* *Juncus Neesii* culmis foliosis erectis, foliis teretiusculis nodoso-articulatis, capitulis subglobosis, foliolis calycinis aequalibus oblongis obtusis apice membranaceis, capsula triquetra ovata ventricosa rostrata longitudine calycis.

Pe-

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in uliginosis. (Ad lacus circa *Abb. Heidenfeld*, in sylvula *Struth* prope *Marktbreit*, inque aquis et fossis passim.)

Radix crassitie digiti minimi, repens, fibris plurimis validis aucta, plures culmos seriatim proferens. *Culmi* semipedales, 1-2-pedales et altiores, erecti, stricti, basi vaginis fuscis nitidis obvoluti, semper bifolii. *Folia* teretiuscula, nodoso-articulata, laevia, secundo paniculam non superante. *Panicula* terminalis, densior et ratione plantae brevis, bifida: ramis validiusculis decompositis, *divisurae superioris* erecto-patentibus, *inferioris* autem plerisque recurvis. *Involucra* lanceolata, acuminata. *Capitula* subglobosa, 5-10-flora, bracteis membranaceis ovatis obtusis stipata. *Flores* pallidi. *Foliola calycina* oblonga, concava, obtusa, pallide ferruginea, *marginem* lato albo-membranaceo ad apicem expanso ibidemque saepe incurvo cincta: *exteriora* interioribus paulo angustiora. *Capsula* brevis, triquetra, ventricosa, abiens in *rostellum* breve capsulam vix superans rectiusculum apice pallidum, deorsum vero, ut capsulae pars superior, fuscum. *Basis capsulae* virescens.

Species distinctissima, sed, quod prope fidem est, cum aliis hujus generis individuis hucusque permutata. Hanc *D. Wolffius Schwinefurt. prae-mature defunctus* jam prius observatam *Juncum diparicatum* adpellavit, quo sub nomine saltem plura ejus specimina herbarium defuncti relictum exhibuit. Sic et planta praedicta perscrutationes *ill. D. Neesii Sickershussani*, viri de scientia herbaria, uti et naturali optime meriti, non evasit, qui eam quon-

dama

dam *Junci congesti* nomine signatam nuperrime praeclare distinxit, descripsitque. Ejus itaque in honorem sit plantae nomen *Junc. Neesii*.

Similis *Juncus* nostro *aquatico* (*Flor. wirceb. I. p. 378 et 379.*) atque *J. sylvatico*. Ab illo: *culmis* tenuioribus, *panicula* nunquam triplici et *capsulis* rostratis, ab hoc vero: *culmis* validioribus, *panicula*, ratione altitudinis plantae habita, breviori densiorique, nec tota divaricata, *bracteis calycibusque* obtusis, neque mucronatis, nec basi viridibus, *capsulis* brevioribus ventricosis et *florum colore* pallido praecipue differt.

Variat in fossis aquaticis *culmis* 3-4-pedalibus.

* *Juncus spadiceus* culmis foliosis, foliis teretibus subcompressis laevibus articulatis, capitulis globosis, foliolis calycinis lanceolatis acuminatis.

(*Schweigg. et Kört. Fl. exl. p. 148.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Circa *Grosenlangheim, Sickershaussen et Kitzingen.*)

Radix tenuis, repens. *Culmi* palmares et altiores, erecti, foliosi, teretes. *Folia* linearia, acuminata, glabra, subcompressa, articulato-nodosa, *basi* vaginantia. *Capitula* globosa, multiflora: *floribus exterioribus* retroflexis. *Capsula* spadicea in cuspidem transit longiusculam.

* *Juncus fusco-ater* culmis foliosis, foliis nodoso-articulatis strictis: superioribus subcompressis, capitulis subrotundis, foliolis calycinis obtusis, capsula triquetra-ovata obtusa mucronata calyce longiore.

(*Schweigg. et Kört. Fl. exl. p. 149.*)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis. (Reperitur cum praecedente iisdem in locis.)

Radix repens, plures culmorum et foliorum fasciculos sustinens. *Culmi* palmares, pedales et altiores, erecti, foliosi, basi subnodosi. *Folia* alterna, erecta, linearia, acuminata, teretiuscula, nodoso-articulata: superiora subcompressa. *Capitula* subrotunda, pauciflora. *Calycis foliola* obtusa, brunea, apicem versus fusco-atra, margine membranacea albidata. *Capsula* nigra, nitens, mucrone brevi terminata.

Hanc et antecedentem speciem a *cl. Praes. d. Schreber* primo distinctas diutius adhuc observare oportet, eruendi gratia, an notas allegatas constanter retineant, speciesque inde peculiare constituant. Prima saltem ad *Juncum sylvaticum*, altera vero ad *J. aquaticum* accedit, a quibus forsitan loci natalis diversitate mutatae solummodo recedunt.

Juncus supinus. (*Fl. wirceb. I. p. 380.*)

In paludosis turfosis foresti *kitzingensis* hinc inde non infrequens.

Peplis Portula. (*Ibid. p. 386.*)

Copiosa in via humida, quae ducit per forestum *grofsenlanghemense*. In sylva etiam prope *Bremig*, inque agris infra *Waldberg* minime rara.

TRI-

TRIGYNIA.

* *Rumex maximus* floribus hermaphroditis valvulis subdeltoideis integris graniferis, foliis lanceolatis acutis integris.

(*Gmel. Flor. bad. II. p. 99.*)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in fossis, in humidis. (In fossis, inque humidis versus *Remlingen* et *Triefenstein. D. Wib.* In fossis ad *Mainstockheim, Grofsenlangheim* et alibi.)

Differt a *Rumice aquatico* affini: foliis omnibus lanceolatis: radicalibus maximis, florum valvulis ovato-deltoideis graniferis.

Inter *Rumicis* species indigenas haec maximis praedita est foliis.

Triglochin palustre. (*Fl. wirceb. I. p. 396.*)

Frequens am *Quellenbarche*, inque humentibus et paludosis prope *Grofsenlangheim* et alibi.

Triglochin maritimum. (*Ibid. l. c.*)

Satis copiose provenit prope salinas *kissingenses*, et passim in monte *Bauersberg*.

SCHEUCHZERIA.

Cal. o. Cor. 6-partita. Antherae lineares. *Stigmata* sessilia. *Capsulae 3*, inflatae, distinctae, 1-spermae.

* *Sch. palustris* foliis alternis carnosis semiteretibus.

(*Pers. syn. pl. I. p. 396. Oeder. Flor. dan. t. 76. Schkuhr. bot. Handb. t. 100.*)

Ps-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in uliginosis turfosis. (Passim in rothen Moore, copiosius in schwarzen Moore.)

Radix repens, articulata, fibrosa. *Culmi* digitales, palmares, erecti, teretes, glabri, geniculis plerumque 3 instructi. *Folia* alterna, semiteretia, carnososa, glabra, basi vaginantia: *media culmea* coeteris majora. *Ligula* obtusa, albida. *Panicula* terminalis, erecta, racemosa, laxa: *pedunculis* 4-5 alternis 1-floris patentibus. *Bractee* ad quemvis pedunculum vaginantes. *Flores* bruneusculi. *Capsulae* subrotundae, ventricosae, totae liberae, angulo interiore dehiscentes, *semina* in fundo continentia.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

Acer Pseudo-Platanus. (Flor. wirceb. I. p. 407.)

In sylvaticis *montis st. crucis* et in omnibus fere *sylvis rhoenans* magna crescit copia.

Acer Platanoides. (Ibid. p. 408.)

Copiose cum praecedente iisdem in locis.

* *Vaccinium uliginosum* pedunculis 1-floris, foliis integerrimis obovatis obtusis laevibus.

(*Oeder. Fl. dan. t. 231. Sturm. Deutschl. Flor. I. 12. Guimp. Abbild. deutsch. Holzart VII. t. 42.*)

Fru-

Frutex Flor. Majo, Junio.

Hab. in paludosis turfaccis. (In paludosis des rothen et des schwarzen Moores copiose provenit.)

Fruticulus 2-3-pedalis, erectus aut magis minusve decumbens: *ramis* alternis teretibus laevibus. *Folia* petiolata, alterna, obovata, obtusa, firma, laete viridia, *subtus* glaucescentia, integerrima glaberrimaque. *Flores* terminales, pedunculati, conferti, subnutantes, albidi aut dilute carnei. *Baccae* maturae magnae, subrotundae, coeruleae, acidulae, dulcescentes, *calyce* coronatae.

Variat *calycibus* et *corollis* 5-fidis, *staminibusque* 10.

Vaccinium Vitis idaea. (Fl. wirceb. I. p. 417.)

(*Guimp. Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 43.*)

Perfrequens prope *Kleinsachsen*, in monte *Heidenstein* et in plurimis *Rhoenae* sylvis.

Flores plerumque 10-andros observavi, uti etiam *florem* 5-fidum.

Vaccinium Oxycoccos. (Ibid. p. 418.)

(*Guimp. Abbild. deutsch. Holzart. VIII. t. 44.*)

Abundat in *rothen Moore*, et passim etiam crescit in *schwarzen Moore*. Praeterea in multis aliis *Rhoenae* locis paludosis non raro observatur. Etiam in *sylva ad Grossenlangheim* reperitur.

Stellera Passerina. (Ibid. p. 421.)

Copiosa in agris versus *Zell* dextrorsum juxta *moenum*, et alibi.

Heller Flora. III.

3

DI-

DIGYNIA.

Chrysosplenium alternifolium. (Fl. wirceb. p. 421.)

Frequens ad scaturigines et in humidis montis st. crucis, inque omnibus fere sylvis rhoenanis.

Chrysosplenium oppositifolium. (Ib. p. 422.)

Eadem, uti praecedens, provenit copia, et in hisdem locis.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

Dictamnus albus. (Fl. wirceb. I. p. 440.)

Varietatis floribus albis specimina aliquot infra der Karlsburg legit dil Fr. G. H.

Varietas haec praeter flores albos statura quoque humiliori et viscidate minori a planta vulgari recedit. Culta etiam faciem non mutat. An forsitan species distincta?

ANDROMEDA.

Cal. 5-partitus. Cor. ovata: ore 5-fido. Caps. 5-locularis: valvulis dissepimento contrariis.

* *A. polifolia* pedunculis terminalibus aggregatis, foliis revolutis subtus glaucis.

(Linn.)

(Linn. Flor. lappon. p. 125. t. 1. f. 2. Oeder. Flor. dan. t. 54. Schkuhr. bot. Handb. t. 118. Guimp. Abbild. deutsch. Holzart X. t. 55.)

Fruticulus. Flor. Majo, Junio.

Hab. in turfosis uliginosis. (In dem schwarzen Moore satis frequens.)

Fruticulus humilis, palmaris, vix altior, basi repens, dunc erectus, teres, glaber, ramosus. Folia alterna, subpetiolata, sempervirentia, duriuscula, lanceolata, margine revoluta, supra laete viridia, subtus albida. Flores pedunculati, fasciculati, nutantes, subglobosi, carnei.

Pyrola minor. (Fl. wirceb. p. 442.)

Abundat in monte st. crucis, inque extremis Rhoenae montibus. Etiam cum *Pyrola secunda* prope dem Schenkenschlosse non rara.

* *Pyrola umbellata* pedunculis subumbellatis.

(Gmel. Flor bad. II. t. 2.)

Fruticulus. Flor. Jun. Julio.

Hab. in sylvaticis. (Rarius in der Tanne prope Sickershausen. Copiose vero in sylvâ höfsetdensi, ubi per plagam non mediocrem defluit. D. N.)

Caulis fruticulosus, palmaris et altior, erectiusculus, subdecumbens, ramosus. Folia verticillata, subopposita, breviter petiolata, cuneiformi-lanceolata, obtusa, plana, serrata, firma, nitentia. Um-

3 * bella

bella terminalis, simplicissima, pauciflora: floribus pedunculatis erectis ex albido rubicundis.

DIGYNIA.

Gypsophila muralis. (Flor. wirceb. p. 446.)

Ad marginem sylvae ab oppido *Kitzingen* versus *Grosenlangheim*, uti etiam ad vias prope *Waldaschach* et in arenosis *Rhoenae* magna copia crescit.

In multis exemplaribus ad *Grosenlangheim* reperitis flores 4-andros observavi.

Saponaria officinalis. (Ibid. p. 447.)

Varietatem floribus plenis spontaneam am *Studentenbache* non procul vom *Schaecher* observavit dil Fr. G. H.

TRIGYNIA.

* *Silene stricta* petalis emarginatis, calycibus glabris reticulato-venosis acuminatis pedunculo longioribus, caule dichotomo stricto.

(L. sp. pl. ed. Willd. II. p. 699. Ejusd. Enum. hort. b. b. p. 476.)

S. Linacola. Wib. in lit.

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in agris. (In principatu werthemensi inter *Linum usitatissimum* primo eam detexit ven. am. def. *Wibel*, nec non etiam intra fines nostros.)

Caulis bipalmaris et altior, erectus, strictus, multiflorus, teres, laevis, scabriusculus, dichotomus:

ra-

ramis elongatis. Folia opposita, bina, nonnunquam etiam terna, sessilia, lanceolata, integerrima, subviscida, erecto-patentia: superiora et ramea angustiora ac acutiora. Flores breviter pedunculati, terminales, erecti. Calyces pedunculos unifloros adaequant, aut plerumque iis longiores, versus basin valde attenuati, medio ventricosi, ore contracto acuminato, coeterum glaberrimi, nervosi, nervis prominentibus laete viridibus, venisque viridibus reticulatim notati. Petala emarginata, calyce parum longiora, alba aut rubella. Capsulae maturae inflatae, ovatae, hinc inde sulcatae, aureae. Semina fusca.

Amicissim. *Wibelius* hanc propriam constituere speciem putavit, ideoque *Sil. Linacola* eam nuncupavit. Sed revera cum *S. stricta* L. una eademque est planta, quod imprimis etiam *Ill. Praes. de Schreb.* sententia plane confirmatur.

Specimina in solo natali lecta a planta in horto botanico culta nullo modo recedunt.

Silene Armeria. (Flor. wirceb. I. p. 457.)

Non solum in pluribus *Rhoenae* regionibus satis frequens est, sed etiam in campo supra dem *Hexenbruche* sponte crescit.

Arenaria rubra. (Ibid. p. 462.)

Non procul a *Salinis kissingensibus* et in agris arenosis circa *Grosenlangheim* satis frequens.

* *Arenaria marina* caulibus prostratis, foliis oppositis linearibus carnosis longitudine internodiorum, calycibus capsula (matura) dimidio brevioribus.

(Roth.)

(*Roitl.* Fl. germ. I. p. 189. II. p. 482. *Willd.* Enum. hort. b. b. p. 480.)

A. rubra β *marina*, L. sp. pl. ed. *Willd.* II. p. 722.

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. ad salinas. (Circa *Salinas hissingenses* pluries eam legit *dil. Fr. G. H.*)

Ab antecedente differt: *caulibus* longioribus minus ramosis crassioribus glabris, *foliis* crassioribus semicylindricis linearibus carnosus longitudine internodiorum cum *pedunculis* longioribus et *calycibus* pubescenti-viscidis, *floribus* duplo majoribus, *calyce* majore, sed capsula dimidio brevior.

Certissime species peculiaris, et non *Aren. rubrae* varietas, a qua primo jam intuitu distinguitur. Culta etiam faciem non mutat.

PENTAGYNIA.

Sedum villosum. (*Flor. wirceb.* p. 467.)

In *sylva waldbergensi* versus *montem st. crucis*, et in aliis *Rhoenae* regionibus uliginosis copiosissime provenit.

* *Cerastium ovale* subviscoso-hirsutum, caule basi ramosissimo, foliis caulinis ovalibus majoribus, floribus glomeratis.

(*Pers. syn. pl. I.* p. 521.)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in agris. (In campis et ad margines agrorum prope *Grosenlangheim* haud rarum.)

Cau-

Caules e radice fibrosa plures, spithamaei, basi procumbentes, dein erecti; teretes, paniculato-dichotomi, multiflori, et ut *folia* ovata obtusa, hirsuti, viscidi. *Pedunculi* calycibus breviores ac minus viscidi. *Petala* oblonga, emarginata, alba, calycem vix excedentia. *Capsula* cylindrica, calyce duplo fere longior.

Spergula pentandra. (*Flor. wirceb.* p. 477.)

Copiosa in *der sickershausser Tanne*, in arenosis circa *Grosenlangheim*, et prope *den ungehauern Seen* ibidem.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

Lythrum hyssopifolium. (*Flor. wirceb. I.* p. 483.)

Ad marginem sylvae ab oppido *Kitzingen* versus *Grosenlangheim* et in humidis ad viam, quae ducit per *forestum grosenlanghemense* maxima copia crescit. Etiam prope *Schweinsfurt* non rarum.

Variat *statura* majori et minori, *foliis* angustioribus latioribusque et *pedalis* 4.

TRI-

TRIGYNIA.

Euphorbia exigua. (Flor. wirceb. I. p. 487.)

Variat caule altiori basi ramosissimo, et foliis angustioribus acutis. (*E. acuta.*)

Crescit haec varietas prope *Grosenlangheim, Kitzingen, Abb. Heidenfeld* et alibi sporadice cum planta materna.

* *Euphorbia angulata* umbella 5-fida: 2-fida, involucellis ovatis, caule striato-angulato.

(Jacq. ic. pl. rar. t. 481.)

Peren. Flor. Junio-Augusto.

Hab. ad vias. (Ad viam vectariam versus *dem Schwabenberg* detecta est ab *amicissimo D. Nees*.)

Caulis palmaris, erectus, sulcatus. Folia alterna, lanceolata, obtusa, denticulata, subtus pilis sparsis praedita. Involucella rhombeo-ovata, denticulata. Capsulae glabrae, verrucosae.

Euphorbia verrucosa. (Ibid. p. 487.)

Haec in provincia nostra minime rara et ubique e. gr. circa *Wirceburgum*, alibi non parva copia crescit.

Capsulis maturis verrucosis facillime dignoscitur, quae antea laeves sunt, et ita facile decipiunt.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Philadelphus coronarius. (Flor. wirceb. I. p. 498.)

Frutex omnino spontaneus. Non solum enim in hortis aut ad eorum sepes, sed et in incultis sterilibus sponte crescit, e. gr. in parte septentrionali *des Hexenbruches*, alibi que.

PENTAGYNIA.

Mespilus Cotoneaster. (Ibid. p. 508.)

Praeter loca indicata etiam prope *Zell* et in sterilibus *sylvae guttenbergicae* non raro provenit.

* *Pyrus Aria* foliis subrotundo-ovatis inciso-dentatis subtus albedo-tomentosis, floribus corymbosis.

(Willd. Enum. pl. hort. b. b. p. 527. Crantz. Flor. austr. fasc. I. t. 2. f. 2. Guimp. Abbild. deutsch. Holzart XIV. t. 79.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in montosis, in sylvis. (In monte *st. crucis* et in plurimis regionibus *Rhoenae* montosis sylvaticis vulgo crescit. Copiose etiam pone *Karlstadt*, in sylvis *Gramschatz, Guttenberg*, et alibi.)

Arbor mediocri aut frutex ad arboris altitudinem accedens: cortice e bruneo albedo. Rami juniores tomentosi. Folia alterna, petiolata, ovata, inciso-se-rata,

rata, plana, *supra* glabra viridia, *subtus* tomentososalba. *Corymbi* terminales, tomentosi, multiflori. *Petalata* alba. *Pomum maturum* rubrum, parvum, farinosum, molle, dulcescens.

* *Pyrus intermedia* foliis ovato-lanceolatis inciso-lobatis dentatis *subtus* niveo-tomentosis, floribus corymbosis.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. l. c.)

Arbor. Flor. Majo, Junio.

Hab. in *sylvis* et ad earum *margines*. (In *via* versus *Gramschatz* dextrorsum non procul a *sylva* *gramschatziensi*, ad *margines* hinc inde raro ejusdem *sylvae*. Passim etiam occurrit in montibus *st. crucis* et *Milzeburg am steinernen Haufse*.)

Arbor praecedente altior atque fortior, *cortice* badio obducta. *Rami* alterni: *cortice* fusco maculis majusculis albidis adperso. *Folia* majora atque firmiora, *supra* viridia splendentia, *subtus* tomento niveo versus autumnum evanescente vestita, ovato-lanceolata, incisa, dentata, lobata: *lobis* acuminatis. *Corymbi* prioris, sed non tam multiflori. *Fructus* minores, maturitate rubri.

Spiraea Aruncus. ((*Flor. wirceb.* p. 512.)

In caeduis *sylvae zellensis* versus *viam* non raro. Copiose in *sylva* prope *Massenbach.* *D. G.*

Planta mascula *panicula* gaudet speciosiori, *floribusque* majoribus. In foeminea planta *panicula* minor et *flores* duplo minores.

Spi-

Spiraea Filipendula. (*Fl. wirceb.* p. 512.)

Non rara in *pratis am Schwabenberg.*

Eximia in *hortis* existit *varietas floribus* plenis.

POLYGYNIA.

* *Rosa gallica* germinibus subglobosis pedunculisque hispidis, caule petiolisque hispido-aculeatis, petalis flaccidis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 406. *Herb. Blackw.* t. 82.)

Frutex Junio *florens.*

Hab. in *hortis*, ad eorum *sepes*, ad *vineas.* (Ad *vineas* circa *Sickershaussen* et ad *marginem sylvulae mainbernhemiensis.*)

Frutex 1-4-pedalis, erectus, ramosissimus, *inferne* aculeis rarioribus, *superne* plurimis ac dense congestis obsessus. *Foliola* ovata, serrata, *subtus* pallidiora. *Pedunculi* hispidi. *Flores* magni, plerumque purpurascens.

Plurimae ejus in *hortis* *varietates* existunt.

* *Rosa mollissima* germinibus subglobosis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis, foliolis utrinque villososericeis mollissimis.

(*Gmel.* Flor. bad. II. p. 409.)

Frutex. Flor. Jun. Julio.

Hab. in *sepibus.* (Ad *sepes* prope *Lengfurth* et *Triefenstein* passim inventa a *celeberr. Wibel.*)

Frutex 4-6-pedalis: *aculeis* sparsis, rectis. *Foliola* 5 aut 7, ovali-oblonga, acute duplicato-serrata, utrin-

utrinque mollissime villososericea. *Petala* obcordata, pallide rosea. *Fructus maturus* glaber, splendens, phoeniceo-purpurascens.

Cum *Rosa villosa* (*Flor. wirceb. I. p. 517.*) plerumque confunditur.

* *Rosa agrestis* germinibus subglobosis pedunculisque hispidulis, foliolis rotundis obtusis aequaliter dentatis subtus venosis albide tomentosis, caule aculeolis raris rectis, floribus solitariis.

(*Gmel. Fl. bad. p. 416.*)

Fruticulus Junio et Julio florens.

Hab. ad vias, in agris. (Inter *Lengfurth* et *Heidenfeld* non procul a via, quae ducit juxta montem, ad marginem sylvae et in agris vicinis plura legi anno praeterlapso specimina.)

Truncus pedalis aut sesquipedalis, erectus, parum ramosus, inferne praecipue cum ramis inermis, superne vero aculeolis raris obsessus. *Foliola* plerumque 5, supra glabra laete viridia, subtus dense albido-tomentosa. *Petala* obcordata, speciosa, nivea. *Fructus* maturitate fuscus.

* *Rosa corymbifera* germinibus subovatis glabris, floribus corymbosis, pedunculis glabris, petiolis subtomentosis aculeatis, foliolis utrinque pilosulis, caule aculeato.

(*Gmel. Flor. bad. p. 424.*)

Frutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in apricis saxosis. (In locis apricis des *Hexenbruchs* pluries eam legit *dil Fr. G. H.*)

Fru-

Frutex 6-9-pedalis, aculeis curvatis vestitus. *Foliola* 5 aut 7, ovalia, obtusa, utrinque saturate viridia, pilis minimis hirsuta. *Petoli* magis minusve tomentosi. *Flores* terminales, corymbosi. *Petala* lata, speciosa, colore fere amaranthino.

Flores ut plurimum semipleni.

* *Rubus tomentosus* foliis ternatis: foliolis obovatis acutis inaequaliter serratis utrinque tomentosis, lateralibus subincisis, caule, petiolis, pedunculisque aculeatis.

(*Willd. Enum. pl. hort. b. b. p. 548. Borkh. in Roem. neu. botan. Magaz. St. I. G. M. Sch. Flor. der Wetter. II. p. 237.*)

R. argenteus. Gmel. Fl. bad. II. p. 434.

Frutex. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in asperis lapidosis, in montosis. (Inter ruinas arcis *Reichelsperg* et non procul ab iis passim crescit. Provenit etiam prope *Triefenstein, Kitzingen, Hofheim* et alibi.)

Frutex 2-4-pedalis, erectiusculus, aculeis sparsis uncinatis obsessus. *Folia* alterna, petiolata, ternata: foliolis utrinque tomentosis mollibus. *Flores* terminales, paniculati. *Laciniae calycinae* reflexae, tomentosae. *Petala* obovata, alba, calyce duplo longiora. *Baccae maturae* nigrae, splendentes, parvae, succulentae, acidulae.

* *Rubus glandulosus* foliis ternatis, foliolis subrotundo-ovatis acuminatis mucronato-serratis, caule,

caule, petiolis, pedunculis calycibusque aculeatis et glanduloso-hispidis.

(Willd. Ennm. plant. hort. b. b. p. 548.)

Frutex Flor. Jun. Julio.

Hab. in siccis, ad vias. (Prope Mainstockheim et versus Dürrbach hinc inde.)

Frutex 4-5-pedalis, erectus aut subdecumbens. *Rami* angulati, aculeati, setosi, *juniore*s densius setosi glandulis pedicellatis sparsis. *Folia* ternata. *Foliola* basi rotundata, inaequaliter argute serrata, glabra, subtus ad nervos pilosula, costa intermedia aculeolata: *lateralia* brevissima, *terminale* longius pedicellatum. *Petioles* aculeati, dense setosi, pilisque glanduliferis obsiti. *Flores* corymbosi, albi. *Calyces* setosi, glanduloso-hispidi. *Fructus* maturi nigri, succulenti, aciduli.

* *Rubus corylifolius* foliis subquinatis subtus pilosis, lateralibus sessilibus, aculeis rectiusculis, calycibus fructus inflexis.

(Willd. Enum. pl. hort. b. b. p. 550. Smith. Flor. brit. II. p. 542.)

Frutex Junio et Julio florens.

Hab. in humidiusculis, ad sepes. (Ad moeni littora infra Triefenstein passim. Wib. Copiosius in humidiusculis circa Sickershaussen.)

Frutex 5-6-pedalis: *caulibus* repentibus teretiusculis aculeatis rubris fragilibus. *Rami* sulcati aculeis uncinatis compressis dense obsessi. *Folia* quinata ternataque: *foliolis* subrotundo-ovatis acuminatis dupli-

uplicato serratis *supra* obscure viridibus glabris aut obsolete pilosis, *subtus* laete viridibus ad nervos pubescentibus. *Petioles* subpilosi, aculeati. *Flores* paniculati. *Calyces* villosi, patentes: *fructiferi* inflexi. *Petala* obovata, alba. *Fructus* atrorubens, succulentus, dulcescens, sapore pergrato.

Rubus saxatilis. (Flor. wirceb. I. p. 523.)

Abundat in sylvaticis *montis st. crucis*, inque aliis *Rhoenae* sylvis montanis. Non raro etiam in *sylva gramschatziensi* observatur.

Potentilla supina. (Ibid. p. 527.)

Ad plantas minime raras pertinet, provenit enim fere ubique, e. gr. ante portam *Pleichach*, in via versus *Randesacker*, inque multis adhuc aliis locis non raro.

* *Potentilla rupestris* foliis lyrato-pinnatis septenatis quinatis ternatisque, foliolis ovatis serratis pilosis, caule erecto.

(Jacq. Flox. austr. t. II4.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte *Schwabenberg* versus *Iphofen*.)

Caulis 1-2-pedalis, erectus, teres, pubescens, *superne* ramosus ac rubellus. *Folia radicalia* et *caulina inferiora* pinnata, *media* et *superiora* quinata, *ramea* ternata. *Stipulae* lanceolatae, denticulatae. *Flores* terminales, pedunculati. *Petala* obovata, integra, plana, alba, *calycem* vix superantia.

* Pa-

* *Potentilla subacaulis* foliis ternatis quinatisque oblongis cuneatis dentatis utrinque tomentosis sericeo-incanis, scapis decumbentibus, petalis emarginatis.

(*Hoffm.* Fl. germ. ed. 1800. I. p. 234. *Jacq.* ic. pl. rar. t. 491.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in aridis, in sterilibus. (In campo sterili versus *Veitshoechheim* sinistrorsum versus *moenum* passim. Crescit etiam in sterilibus aridis prope *Randesacker*, *Theilheim* et *Thüngen*.)

Caules digitales aut palmares, decumbentes, teretes, pubescentes, simplices, aphylli. *Folia* pleraque ternata, quinata: *foliolis* oblongis cuneatis subcoriaceis dentatis utrinque tomento sericeo albido dense vestita. *Stipulae* lato-ovatae, pilosae. *Petala* plana, emarginata, flava.

Similis *Potentillae incanae*, (*G. M. Sch.* Fl. der Wetter. II. p. 248.) sed *folia* nusquam obovata.

Potentilla opaca. (*Fl. wirceb.* I. p. 530.)

In locis sterilibus apricis ubique fere provenit.

* *Potentilla aurea* foliis radicalibus quinatis obovatis serratis pilosis, caulinis ternatis, caule declinato.

(*Hoffm.* Fl. germ. I. p. 235. *Sturm.* Deutschl. Flor. I. 17.)

Perenn. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in montosis. (In monte st. crucis reperta est a *D. D. Schneider fuldens*.)

Ro-

Potentillae verna non absimilis, a qua vero facillime distinguitur: *caulibus* adscendentibus, *foliolis* cuneiformibus apice tantum dentibus 3-4 instructis et *pilis* ad eorum margines et costam mediam arcte adpressis nitidis sericeis.

Petala obcordata, e luteo aurantiaca, calyce majora.

Potentilla alba. (*Fl. wirceb.* p. 531.)

In sylvaticis versus *Eipelstadt* satis frequens, nec non etiam circa *Schweinfurt*. *D. W.*)

Tempestate favente sero autumno altera vice saepe floret.

* *Geum montanum* caule 1-floro, aristis rectis villosis, foliis pinnatis pilosis, foliolo extremo maximo subrotundo, inferioribus sensim minoribus.

(*Willd.* Enum. pl. hort. b. b. p. 558. *Jacq.* Fl. austr. t. 373. *Sturm.* D. Flor. I. 14.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in montosis. (In montosis non procul a pago *Simmerichhaus*en passim inveniendum.)

Caulis digitalis et altior, erectus, simplex, teres, hirsutus. *Foliola* sessilia, subopposita, subrotunda, inciso-crenata, utrinque hirsuta. *Stipulae* ovato-subrotundae, integrae, hirsutae. *Flos* terminalis, solitarius, speciosus. *Petala* subrotunda, obtusa, patulum emarginata, patentia, lutea, calyce longiora.

Comarum palustre. (Flor. wirceb. p. 535.)

In uliginosis *Rhoenae* fere ubique. Copiosissime in *sylva waldbrunnensi* sociatim cum *Cicuta virosa*.

POLYANDRIA.

POLYGYNIA.

Hepatica nobilis. (Flor. wirceb. I. p. 558.)

Frequens in *sylvula mainbernhemiensi*. Copiosissime prope introitum *sylvae* ad montem *Schwabenberg*.

* *Adonis vernalis* petalis lanceolatis ad apicem denticulatis duodenis sexdenis, fructu ovato.

(*Schkuhr. bot. Handb. t. 152. Herb. Blackw. t. 504.*)

Perenn. Flor. Aprili, Majo.

Hab. in collinis apricis. (In apricis sterilibus in vicinia pagi *Rimpar* dextrorsum versus viam publicam raro. Passim etiam prope *Schweinfurt. D. W.*)

Caules plures, palmares, erecti, parum ramosi, teretes, glabri, striati. *Folia* alterna, multifida: *foliis* angustissimis lineari-setaceis glabris laete viridibus. *Pedunculus* terminalis, brevis, solitarius, uniflorus. *Phylla* 5 concava, ovalia, obtusa, villosa, striata, corolla multo breviora. *Petala* plerumque 12, lanceolata, lineata, patentissima, sulphurea.

Egregium hortorum ornamentum.

Ra]

Ranunculus Linqua. (Flor. wirceb. p. 571.)

Ad fossas in prato humido sylvatico *foresti kitzingensis* copiose.

* *Ranunculus hirsutus* foliis ternatis, superioribus trifidis linearibus, caule erecto multifloro hirsuto, calycibus acuminatis demum retroflexis, radice fibrosa.

(*Spreng. Flor. hal. p. 160.*)

R. Philonotis. *Ehrh. Beitr. B. 2. p. 145.*

Ann. Flor. aestate.

Hab. in agris, in pratis. (Passim in agris prope *Sickershausen.*)

Caulis pedalis et altior, erectus, hirsutus, ramosus. *Folia* pallide viridia, hirsuta, *radicalia* petiolata profunde 3-loba: *lobis* inciso-serratis, *caulina* subsessilia vagina membranacea ciliata. *Flores* terminales: *pedunculis* erectis 1-floris sulcatis hirsutis. *Calyces* acuminati, hispidi, demum retroflexi. *Petala* splendentia, lutea, versus basin pallidiora. *Fructus* globosus, *seminibus* compressis acuminatis.

Omnes plantae partes, et imprimis *germina* acerrima, urentia.

4*

DI-

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

* *Mentha crispa* spicis capitatis interruptis, foliis ovatis cordatis cuspidato-serratis undulatis subsessilibus glabriusculis, calycibus basi glabris.

(*Willd.* Enum. h. b. b. p. 610. *Pers.* syn. pl. II. p. 119.)

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in humidis, ad vias. (Ad vias inter hortos et pone castellum *Marienbung* versus *Hoechberg*. In Insula *Moeni* prope *dem Siechhaufse*.)

Caulis 1-2-pedales, erecti, tetragoni, pilosi subramosi. *Folia* opposita, brevissime petiolata, ovato-aut cordato-subrotunda, inciso-dentata, undulata, rugosa, crispata, glabriuscula. *Flores* pallide rubelli in spicas densas capitatas remotas congesti. *Bracteae* lanceolatae: inferiores laciniatae. *Calyces* hirsuti, basi glabri. *Stamina* longitudine corollae.

Herba aromatica, fragrans.

* *Mentha riparia* spicis capitatis, foliis ovato-oblongis serratis petiolatis glabriusculis, pedicellis retrorsum hispidis, calycibus striatis pubescentibus, staminibus corolla brevioribus.

(*Schreb.* in Flor. erlang. ed. *Schiveigg.* et *Kört.* II. p. 6.)

Pe-

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (In nemorosis humidis circa *Grossenlangheim* passim.)

Caulis 2-3-pedalis, erectus, pilosus, superne ramosus. *Folia* opposita, petiolata, margine et ad nervos subtus pilosiuscula, coeterum glabra, crenata, obtusa: summa acuta. *Spicae* capitatae, multiflorae. *Corollae* et *calyces* uti in *M. aquatica*. (*Flor. wirceb.* II. p. 23.) *Stamina* corolla constanter breviora.

* *Mentha Numularia* floribus verticillatis, foliis infimis subrotundis subintegerrimis minoribus, superioribus ovato-lanceolatis serratis glabriusculis, staminibus corolla longioribus.

(*Schreb.* in Flor. erl. ed. *Schw.* et *Kört.* II. p. 7.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in humidis. (Ad fossas et in humidis sylvulae mainbernhemiensis.)

Caulis pedalis et altior, basi decumbens, dum erectus, pilosulus, magis minusve ramosus. *Folia* opposita, breviter petiolata, glabra: inferiora subrotundo-ovata subintegerrima, caulina media latiora ovato-lanceolata a medio ad apicem aequaliter obtuse nec profunde serrata, superiora sensim minora. *Petioli* villosiusculi. *Verticilli* multiflori, densi, petiolis non longiores. *Pedicelli* glabri. *Bracteae* lanceolatae, acuminatae, hirsutae. *Calyces* hirsuti. *Corollae* majusculae, glabrae, violaceae. *Stamina* corolla duplo longiora.

Planta nostra cum alia, quam *Ill. Gmelinus* (Flor. bad. II. p. 604.) sub *Mentha badensi* optime descr.

describit, ita convenit, ut, unam eandemque cum hac esse non amplius dubitem.

Plures praeterea adhuc aliae hujus generis plantae in regionibus nostris proveniunt, et quidem maxime dubiosae. Notis nimirum instructae sunt minus constantibus, aut ita inter se confluant, ut minime facile explorare possis, an sint species revera distinctae aut varietates mutabiles. Hinc avide expectamus *Ill. D. Nees ab Esenbeck*, plantarum acutissimi indagatoris, *Mentharum* monographiam, qua dubia profecto dissipabuntur.

Betonica officinalis. (*Flor. wirceb. II. p. 35.*)

Plantae hujus in provincia nostra vulgatissimae varietatem: *corollis niveis* in sylva kistensi invenire potes.

Thymus Serpyllum. (*Ibid. p. 46.*)

Varietas *corollis albis* in monte *Holzberg* prope *Bischofsheim* et in multis aliis *Rhoenae* regionibus per saepe occurrit.

Dracocephalum Ruyschiana. (*Ibid. p. 48.*)

Crescit quoque rara haec planta in foresto *grofsenlanghemien*si.

* *Prunella laciniata* foliis imis ovato-oblongis petiolatis, supremis 4 lanceolatis semipinnatis.

(*Jacq. Flor. austr. t. 378.*)

Pe-

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in apricis. (Prope *Schweinsfurt. D. W.*)

Caules digitales, adscendentes, parum ramosi, pilis incanis instructi. *Folia* pilosa: inferiora ovata indivisa, superiora laciniata: laciniis linearibus. *Spica* terminalis, brevis. *Corollae* parvulae, pallide lutescentes.

Variat subinde *foliis omnibus laciniatis.*

Non confundenda cum varietate *Prun. grandiflorae* laciniata.

ANGIOSPERMIA.

L a t h r a e a.

Cal. 4-fidus. *Glandula* ad basin germinis. *Caps.* I-locularis receptaculo fungoso.

* *L. squamaria* caule simplicissimo, floribus pendulis.

(*Schkuhr. bot. Handb. t. 170. Oeder Fl. dan. t. 136. Herb. Blackw. t. 430.*)

Perenn. Flor. April. Majo.

Hab. in nemorosis umbrosis ad arborum radices. (Hinc inde in media sylva montis *Schwabenberg.*)

Radix ramosa, albida, carnosa: *squamis* imbricatis. *Scapi* digitales et altiores, erecti, simplices, teretes, car-

carnosi, fusco-rubelli aut albidii, aphylli. Flores pedunculati nutantes, in spicam secundam congesti. Corollae succulentae, dilute purpurascens: labio superiori 2-fido, inferiori albedo 3-fido.

Pedicularis sylvatica. (Flor. wirceb. p. 61.)

Frequens ad lacum in monte Schwabenberg et in udis prope Karlstadt.

Variat corollis totis albis.

* *Linaria spuria* foliis ovato-subrotundis alternis, caule procumbente.

(Oeder. Flor. dan. t. 913. *Antirrhin. spur.*)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in agris. (In agris versus Zell ad littora moeni dextra, prope Hoechberg, et in agris juxta sylvulam mainbernhemiensem, alibique non rara.)

Caules palmares et longiores, procumbentes, teretes, pilosi, ramosi. Folia petiolata, alterna, ovato-subrotunda, integra, utrinque pilosa. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, foliis longiores. Corollae parvae, lutescentes: galea violacea et calcaribus acuto corolla brevioribus.

* *Antirrhinum Cymbalaria* foliis cordatis 5-lobis alternis glabris, caulibus procumbentibus.

(Hoffm. Flor. germ. II. p. 25.)

Ann.

Ann. Flor. Junio-Septembri.

Hab. in agris, ad muros. (Ad muros ruinosos arcis Reichelsperg specimina pauca legi, et in agris ad viam versus Mergentheim eam invenit dil. Fr. A. H.)

Caules plures, pedales et longiores, prostrati, radicanes, saepius implexi, teretes, glabri, ramosi. Folia alterna, petiolata, cordata, 5-loba, glabra, subtus saepe purpurascens. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori. Flores violacei.

Variat corollis albis.

Digitalis purpurea. (Flor. wirceb. II. p. 70.)

Etiam infra Karlstadt spontaneam eam observavit dil Fr. G. H.)

* *Digitalis lutea* calycinis foliolis lanceolatis, corollis acutis: labio superiori bifido.

(Willd. Enum. pl. hort. b. b. p. 648. Jacq. Fl. austr. t. 105.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in montosis. (In monte st. crucis specimina aliquot detexit D. D. Schneider.)

Caulis 2-pedalis et altior, erectus, strictus, angulosus, simplex, glaber. Folia alterna, sessilia, oblongo-lanceolata, dentata, ciliata, glabra. Racemus longus, multiflorus, secundus: floribus pedunculatis nutantibus luteis duplo minoribus, quam in praecedente.

Planta, uti prior, acris, venenata.

Oro-

Orobanche coerulea. (Flor. wirceb. p. 73.)

Plura in agro inter *Trifolium pratense* ad *Mainstockheim* collecta specimina accepit *Ill. D. Nees*. Crescit etiam, sed perraro, in moeni insula inferiori prope *dem Siechhausse*.

* *Orobanche caryophyllacea* caule simplici, calycis foliolis 2-partitis, corolla tubulosa, labii inferioris laciniis obtusis, limbo fimbriato-crispo, staminibus intus hirsutis, stylo glabriusculo.

(Spreng. Fl. hal. p. 175.)

Perenn. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvaticis siccis. (In arenosis sylvae ad *Sickershaussen*, quae dicitur *die Tanne*, nec non in sylvula inter *Sickershaussen* et *Marktstest* satis frequens.)

Ab *Orob. majori* simili praecipue differt: corollae labii inferioris laciniis tribus obtusis et magis fimbriatis ac crispis, germine glabro, quod superne pubescens in *Or. majori*, stylo minus pubescente, filamentis basi intus valde villosis, quae glabra in *O. majori*, stigmatate fusco vel purpureo, nec flavo ut in *O. majori*. (Smith.)

TE.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

S u b u l a r i a.

Silicula integra ovata: *valvulis* ovatis concavis, dissepimento contrariis. *Stylus* silicula brevior.

* *S. aquatica* acaulis, foliis subulatis.

(Sturm. Deutschl. Flor. I. 9.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in inudatis. (In insula moeni versus *dem Siechhausse*, et ad littora ejusdem fluminis infra *Gemünden*, prope *Hafsfurth* et alibi.)

Plantula semi- aut uncialis: radice fibrosa alba et foliis subulatis glabris. Flores albi, exigui: pedunculis radicatis erectis nudis 2-3-floris folia superantibus.

L u n a r i a.

Silicula integra, elliptica, compresso-plana, pedicellata: *valvis* dissepimento aequalibus parallelis planis. *Calyx* foliolis saccatis.

* *L. rediviva* foliis mucronato-dentatis, siliculis oblongis utrinque attenuatis.

(Willd. Enum. pl. hort. b. b. p. 674.)

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in sylvaticis. (In sylva *Kohl* prope *Oberelzbach* eam invenit *dil. Fr. G. H.*, et in monte *Auersberg Ill. D. Custer.*)

Cau-

Caulis sesqui- aut 2-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* petiolata, alterna, cordata, acuminata, inciso-dentata, utrinque scabra. *Flores* pedunculati, dilute violacei, odorati, in racemos terminales laxos aphyllis dispositi.

Merito III. *Gmelin.* (*Flor. bad. II. p. 48.*) secundum vitae durationem hanc *L. perennem* et *L. annuam biennem* nuncupat.

SILIKUOSA.

Dentaria bulbifera. (*Flor. wirceb. II. p. 96.*)

In humidis montis st. *crucis*, et in omnibus fere montibus sylvaticis *Rhoenae* sporadice crescit.

Cardamine impatiens. (*Ibid. p. 97.*)

In monte rhoenano *Milzeburg*, et in sylvaticis circa *Grossenlangheim* haud rara.

Variat staminibus 4.

* *Sisymbrium murale* subcaule, foliis lanceolatis sinuato-serratis laeviusculis, scapis subscabris adscendentibus.

(*Hoffm. Flor. germ. II. p. 49.*)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis, in muris. (In lapidosis et arenosis *Insulae inferioris*, prope *Kitzingen*, et ad muros infimos *des oberen Kalnuts* frequens. *Wib.*)

Caulis a digitali altitudine ad palmarem et pedalem nonnunquam accedens, erectus aut basin versus de-

decumbens, teres, striatus, pilis raris adpersus, subscaber, supra basin ramosus atque foliosus. *Folia* in petiolum longum decurrentia, lanceolata, obtusa, pinnatifida aut sinuato-dentata, *segmentis* obtusis integris aut dentatis, supra laete viridia glabra, subtus pilis raris adpersa: *radicalia* cespitem formantia, *caulina* alterna. *Racemi* terminales, simplices, longi, laxi: *floribus* alternis pedunculatis. *Calyx* erectopatens, pilosiusculus, longitudine unquam petalorum. *Petala* calyce duplo longiora, obtusa, citrina, demum albida. *Siliquae* patentes, glabrae, compressiusculae.

Caules primo plexumque omnino decumbentes; dein adscendentes. Hinc planta intuitu primo acaulis esse videtur.

Inter *folia radicalia* etiam pauca aliquot lato-ovata subdentata saepe reperiuntur.

Affine *Sisymbrio Erucastro.* (*Pollich. palat. n. 628.*)

* *Sisymbrium brevicaule* caulibus diffusis, foliis sinuato-runcinatis glabris, siliquis erectis obtuse tetragonis subcompressis linearibus.

(*Wib. Fl. werth. p. 348.*)

Ann. Flor. Majo-Julio.

Hab. in arenosis. (In agris arenosis inter *Kitzingen* et *Sickershaussen*, nec non versus *Grossenlangheim*, alibique copiose).

Caules aut potius *Scapi* plures, altitudine varii, 1-2-digitales aut 2-lineares, diffusi, aphylli, pilis raris adpersi, coeterum glabri, subteretes. *Folia* in ces-

cespitem congesta, in petiolum decurrentia, sinuato-runcinata, *segmentis* et *apicibus* obtusis integris, sub-carnosa, glabra, obscure viridia. *Racemi* longitudine caulium *aut* eos superantes, laxi, flexuosi. *Calyces* glabri, subpatentes. *Petala* calyce sublongiora, integerrima, pallide lutea. *Siliquae* erecto-patentes.

Sine dubio haec et antecedens rectificatione quadam adhuc indigent. Hanc saltem faciem praebent specimina ab *amicissim. def. Wibelio* in locis natalibus collecta mihiq; communicata, quae cum nostris omnino conveniunt. Earum cultura denuo nos informabit.

Sisymbrium strictissimum. (*Flor. wirceb. p. 105.*)

In aliis porro regionibus et quidem non adeo raro crescit, e. gr. in sylva ad *Hafsloch*, prope *Schweinfurt*, alibique.

Variat raro *foliis* subintegris.

* *Turritis stricta.*

Hanc quoque plantam in provincia nostra et quidem prope *Schweinfurt* habitare, me certiore fecit *celeberr. D. Wolff.* Deficiente vero spontaneae specimine, speciei differentiam aequae ac descriptionem ommisi.

DIA-

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

Polygala amara. (*Flor. wirceb. II. p. 144.*)

Variationem *floribus albis* in prato prope *Obervolkach* observavi.

DECANDRIA.

Ononis spinosa. (*Flor. wirceb. p. 149.*)

Variatio *floribus albis* circa *Hohfeld* obvia.

Lathyrus Aphaca. (*Ibid. p. 156.*)

Ad marginem agri prope montem *Schwabenberg*, inque agris inter *Roedelsee* et dictum montem non adeo rara.

Lathyrus palustris. (*Ibid. p. 159.*)

In nemorosis prope *Schweinfurt* passim occurrit. *D. W.*

* *Lathyrus latifolius* (β *angustifol.*) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovali-oblongis mucronulatis, internodiis membranaceis.

Peren. Flor. Junio, Julio.

Hab. in sylvis. (In foresto *grossenlanghemien*si, inque sylva *gramschatziensi* et alibi non infrequens.)

Planta nostra citata revera est *Lathyrus latifolii* varietas *angustifolia*, quam *celeb. Rothius* (*Flor.*)

(*Flor. germ. II. B. p. 178.*) optime describit. Ea transitum quasi peragit ad *Lathyro sylvestri* ad *L. latifolium*.

Caules 3-4-6-pedales, debiles, procumbentes aut cirrhis scandentes, glaberrimi, ramosi, *alis* 2 *foliaceis* oppositis praediti. *Foliola* bina, ovali-oblonga, obtusata, integra, glabra, *mucrone brevi* terminata. *Stipulae* lanceolato-lineares. *Pedunculi* alares, folio longiores: *floribus* 2-3-4-6 pedicellatis coeruleo-purpureis.

Flores nonnunquam pedunculati solitarii ex axillis supremis proveniunt.

Varietas *corollis albis* in foresta ad *Grossenlangheim* invenienda.

Vicia lathyroides. (*Flor. wirceb. p. 165.*)

Reperitur etiam in der Tanne prope *Sickershausen.* D. N.

* *Vicia dumetorum* pedunculis multifloris, foliolis ovatis mucronulatis reflexis, stipulis lanceolatis reflexis.

(*Spreng. Fl. hal. p. 204. t. 7. Sturm. D. Flor. I. 31.*)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in nemorosis. (In sylvula *Erlach* inter *Sickershausen* et *Grossenlangheim*. In nemorosis *der Fundgrube* ibidem atque in sylvula ad *Mainbernheim* passim.)

Simillima *Viciae pisiformi,* (*Flor. wirceb. II. p. 160.*) a qua differt: *caulibus* crassioribus et longioribus alato-membranaceis, *foliolis* 2 *infimis* non sessilibus

libus et cauli affixis, *stipulis* duplo majoribus nec non occultis, et *floribus* purpurascensibus.

* *Vicia cassubica* pedunculis multifloris folio brevioribus, foliolis oblongis lineatis pubescentibus, stipulis semi-sagittatis lanceolatis integerrimis.

(*Spreng. Fl. hal. l. c. Sturm. D. Flor. I. 31.*)

V. Gerardi Jacq. Fl. austr. t. 229.

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in sylvis: (Perfrequens in sylvaticis ad *Grossenlangheim*, e. gr. in *der Fundgrube*. In der Tanne prope *Sickershausen*, in sylvulis ad *Mainbernheim* et *Michelfeld.*)

Caules plures, pedales, 2-pedales et altiores, erecti, basi decumbentes, tetragoni, striati, ramosissimi. *Folia* alterna, sessilia, cirrhosa: *foliolis* ovali-oblongis obtusis integris villosiusculis, *superioribus* sensim brevioribus ac angustioribus. *Stipulae* semisagittatae, lanceolatae, integrae. *Pedunculi* axillares, erecti, solitarii, folia plerumque adaequantes, multiflori. *Flores* secundi, penduli, subimbricati, violacei. *Legumina* compressa, glabra.

* *Vicia villosa* pedunculis multifloris folio longioribus: *floribus* imbricatis, foliolis oblongo-ovatis, stipulis semisagittatis ovatis basi obtuse dentatis.

(*Sturm Deutschl. Flor. I. 31.*)

Ann. Flor. Jun. Julio.

Hab. in agris. (In agris circa *Abb. Heidenfeld, Bergheim, Oberpleichfeld* et alibi hinc inde).

Primo intuitu facillime confunditur cum *Vicia Cracca*, a qua differt: *radice* annua, *caulibus* debilibus
Heller Flora III. 5 hio-

lioribus atque foliis, stipulis, pedunculis, cirrhis, calycibusque villosissimis, *stipulis* triplo latioribus nervosis utrinque dentatis, *foliolis* remotioribus, *floribus* majoribus purpureo-violaceis et *leguminibus* latioribus ac longioribus.

C o l u t e a.

Cal. 5-fidus. *Stylus* deorsum barbatus. *Legumen* inflatum, basi superiore dehiscens.

* *C. arborescens* foliolis obovatis retusis, pedunculis sub-6-floris, leguminibus apice clausis.

(*Schmidt. oester. Baumz. t. 117.*)

Frutex. Flor. Majo, Junio.

Hab. ad vias. (Circa *Wirceburgum* ad ambulacra quasi sponte. Praeterea per multos jam annos prope *der Wasenmeistere*i spontanea.)

Frutex 5-8-pedalis, erectus, ramosus. *Folia* petiolata, alterna, impari-pinnata: *foliolis* obcordatis integris emarginatis. *Stipulae* membranaceae, lanceolatae. *Racemi* laterales, nutantes, longitudine fere foliorum: *floribus* 4-6-8 luteis. *Legumen* maximum, vesicae adinstar inflatum, glaberrimum.

Coronilla coronata. (*Flor. wirceb. p. 170.*)

Planta in sylva ad *Veitshoechheim*, inque locis apricis vicinis non rara.

Variat *umbellis* dimidiatis.

Astra-

Astragalus Cicer. (*Flor. wirceb. p. 175.*)

Occurrit quoque *am obren Bache* prope *der Aumühle*, et passim in via versus hanc molam, alibique.

* *Astragalus hypoglottis* caulescens procumbens, foliolis oblongis obtusis pubescentibus, spicis ovatis pedunculatis folio longioribus, leguminibus erectis ovatis canaliculatis pilosis apice aduncis.

A. arenarius. *Oed. Fl. dan. t. 614.*

A. danicus. *Roth Fl. germ. I. p. 312. II. b. p. 193.*

Perenn. Flor. Majo, Junio.

Hab. in collinis. (In vicinia oppidi *Schweinfurt* repertus ab *amicissim. D. Wolff.*)

Caulis digitalis, palmaris, decumbens, angulatus, subramosus, *Folia* alterna, petiolata, imparipinnata: *foliolis* parvis sessilibus ovatis *subtus* pilosis. *Stipulae* oppositifoliae, obtusae. *Pedunculus* plerumque unicus, foliis sublongior: *floribus* spicato-congestis sessilibus coeruleis. *Calyx* cylindricus, hispidus. *Legumen* ovatum, inflatum, breve, dorso canaliculatum, pilosum, apice aduncum.

Trifolium pratense. (*Flor. wirceb. p. 181.*)

Varietas altera: *pedunculis* villosissimis, *calycibus* pilosis atque *capitulis florum* subcylindraceutis circa *Grosenlangheim* in pratis turfaceutis versus *den ungeheuern Seen* invenienda. *Trif. prat. alpinum.* *Schrad. neues Journ. f. d. Bot. B. II. St. I. p. 114.*)

5*

Trif.

Trifolium ochroleucum, (Flor. wirceb. II. p. 183.)

Crescit non raro in sylvaticis siccis inter *Klein-ochsenfurt* et *lacus erlaccenses*, prope *Grosenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

* *Trifolium pseudo-procumbens* spicis ovali-oblongis imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus villosiusculis, stipulis ovatis latissimis ciliatis, foliolis omnibus pedicellatis obovatis.

(Gmel. Flor. bad. III. p. 240.)

Ann. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in agris, in vineis.

Planta hucusque neglecta peculiarem profecto constituit speciem ab *Ill. Gmelino* (Vid. Flor. bad. l. c.) primo distinctam. Inter *Trifolium agrarium* et *Trif. procumbens* medium omnino tenet, ideoque etiam mox cum hoc, mox cum illo commutabatur. Notis supra allatis ab ambobus constanter recedit, et culta quoque faciem non mutat.

Flores croceo-lutei.

Lotus siliquosus. (Flor. wirceb. p. 191.)

Abundat in pratis omnibus circa *Sickershaussen*, prope *Grosenlangheim*, in sylva *Erlach* et alibi.

Variat caulibus atque foliolis glaberrimis.

Medicago minima. (Ibid. p. 196.)

Passim etiam ad margines agrorum et pratorum versus *Himmelsporten* obvia.

PO-

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

Hypericum quadrangulare. (Flor. wirceb. II. p. 198.)

Hab. ubique et copiose in locis paludosis *Rhoenae*.

Hypericum dubium. (Ibid. p. 199.)

In sylvis ad *Hoechberg* et *Grämschatz* non rarum. Frequens quoque in udis supra *Waldberg* et in palude *schwarzes Moor*.

Hypericum humifusum. (Ibid. p. 201.)

In sylvaticis inter *Bremig* et *Aschach*, in agris subhumidis prope *Bremig*, *Waldberg* et alibi satis frequens.

Hypericum pulchrum. (Ibid. p. 203.)

Copiosum in sylva *hoechbergiensi*, in nemorosis apud *Hafsloch*, in sylva inter *Bischofsheim* et *Bremig*, in montis *st. crucis* latere orientali, alibique.

SYN-

SYNGENESIA.

AEQUALIS.

Tragopogon major. (Flor. wirceb. II. p. 216.)
Hab. etiam in vineis, inque collibus apricis prope
Sickershaussen.

Scorzonera humilis. (Ibid. p. 217.)

Frequens in prato am *Alsfeldhof* prope *Abb. Heidenfeld.* Porro in pratis ad pedes montis *Schwabenberg* pone *Roedelsee*, prope *Schweinfurt* et alibi.

Variat *foliis* lineari-lanceolatis multo angustioribus.

Scorzonera hispanica. (Ibid. p. 218.)

Spontanea circa *Schweinfurt.* *D. W.*

* *Sonchus palustris* pedunculis calycibusque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis runcinatis basi sagittatis denticulato-spinulosis.

(Oed. Fl. dan. t. 1109.)

Perenn. Flor. Junio-Augusto.

Hab. in humidis. (Satis frequens in sylvula *Erlach.* Etiam in fossa oppidana inter *dem neuen* et *pleichacher Thore* specimina plura cum fratribus meis observavi.)

Radix ramosa, non repens. *Caulis* 6-8- et 10-pedalis, erectus, teres, fistulosus, subsimplex. *Folia*

lia alterna, amplexicaulia, glabra, rigidiuscula, runcinata, basi sagittata, margine denticulato-scabra: *suprema* lanceolata denticulata. *Pedunculi* terminales, corymbosi et ut *calyx* pilis glandulosis atris vestiti. *Corollae* speciosae, luteae.

Lactuca perennis. (Flor. wirceb. p. 227.)

Crescit copiosius in lapidosis supra vineas inter *Eivelstadt* et *Sommerhaussen*, copiose quoque in monte *Kalbenstein*, prope *der Karlsburg*, infra *Veitshoechheim* et alibi.

* *Prenanthes purpurea* calycibus 5-floris, foliis oblongo-lanceolatis amplexicaulibus cordatis denticulatis subtus glaucis.

(Jacq. Flor. austr. t. 317.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (Non raro in *Steigerwald.* Provenit etiam prope *Schweinfurt.*)

Caulis sesqui- aut 2-pedalis et altior, erectus, teres, glaber, superne paniculatus. *Folia* alterna, glabra, subtus glauca; *inferiora* subsessilia profundius dentata, *superiora* amplexicaulia obsolete denticulata. *Flores* copiosi, cernui, purpurascens. *Calyx* glaber flosculos plerumque 5, interdum modo 4, aut 6 colligens.

Variat raro *floribus* albidis.

Leon-

Leontodon lividus. (Flor. wirceb. p. 230.)
Hab. etiam in paludosis circa *Grosenlangheim*.

Hieracium paludosum. (Ibid. p. 239.)

In humidis turficeis prope *Grosenlangheim* et *Erlach* non adeo raro reperitur.

* *Hieracium alpinum* scapo unifloro subnudo villosissimo, calyce villosissimo, foliis lanceolatis integerrimis acutis villosis.

(Jacq. Fl. austr. t. 191.)

Perenn. Flor. Junio - Augusto.

Hab. in montosis. (In monte st. crucis lectum est a cl. D. Schneider.)

Radix sublignosa. Caulis digitalis, palmaris, erectus, simplicissimus, uniflorus, superne praecipue valde villosus, folio uno alterove instructus. Folia radicalia plura, obovato-lanceolata, subdenticulata, dense villosa. Flos magnus, luteus. Calyx laxus, pilis longis dense vestitus.

Variat foliis profunde dentatis et integerrimis.

* *Crepis pinnatifida* foliis glabris sessilibus lanceolatis pectinato-pinnatifidis apice integerrimis, caule erecto ramoso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. Willd. III. p. 1604.)

Ann. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in cultis. (In agris subhumidis ad *sylvulam mainbernhemiensem* satis frequens. D. N. Rarius in *sylva zellensi*).

Cau-

Caulis 1-2-pedalis, erectus, sulcatus, glaber, inferne simplex, superne valde ramosus. Folia alterna, sessilia, glaberrima, lanceolata, pectinato-pinnatifida aut runcinata, apice integerrima: suprema angustissima. Flores numerosi, parvi, lutei, terminales, erecti, pedunculati. Calyces pubescentes aut subtomentosi.

* *Crepis virens* foliis glabris, inferioribus remote dentatis, superioribus subintegerrimis subsagittatis, caule basi ramoso diffuso, calycibus pubescentibus.

(L. sp. pl. ed. Willd. l. c.)

Ann. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in iisdem cum praecedente locis.

Planta spithamaea, vix altior. Caules plures, ascendentes, diffusi, teretes, tenues, filiformes, glabri, dichotomi. Folia laete viridia, glaberrima: radicalia lanceolata obtusa runcinata, caulina alterna angustissima lanceolata acuta, subsagittata integra amplexicaulia. Flores parvi, lutei, longe pedunculati, terminales. Calyces pubescentes.

Hypochaeris uniflora Hoffm. (Flor. germ. II. p. 123.) ab *H. maculata* (Flor. wirceb. p. 244.) specie omnino non differt. Culta enim in hanc mox mutatur, a qua caulibus simplicissimis plerumque unifloris, inferne magis foliosis solummodo differt.

Hinc inde promiscue cum *H. maculata* apud nos provenit.

Hypochaeris glabra. (Flor. wirceb. p. 245.)

In agris inter Bremig et Waldberg non rara.

Ar-

Arnoseric pusilla. (Flor. wirceb. p. 246.)

Simul cum planta praecedente iisdem in locis.
Cópiosa praeterea circa *Heidensfeld* et *Grosenlangheim*.

Carduus nutans. (Ibid. p. 251.)

Varietas *floribus albis* in agris prope *Neusses* saepius obvia.

* *Carduus Personata* foliis caulinis semidecurrentibus oblongis indivisis spinoso-dentatis subtus subvillosis, radicalibus basi pinnatifidis, floribus subsessilibus congestis, squamis calycinis recurvatis.

(Jacq. Flor. austr. t. 348.)

Arcium Personata. L. sp. pl. II. p. 1144.
Hall. icon. pl. helv. p. 2. t. 3.

Bienn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in locis graminosis subhumidis. (In sylvá *Kohl* prope *Oberelzbach* pluries eam legit, dil. Fr. G. H. Etiam in prato ad viam versus *Heidingsfeld* specimina aliquot cum fratribus meis observavi.)

Caulis 3-4-pedalis et altior, erectus, angulatus, ramosus, foliis decurrentibus alatus. *Folia* alterna, margine inaequaliter argute serrata, pilis longis ciliata, supra viridia glabra, subtus villosiuscula incana: inferiora basi pinnatifida, superiora ovata acuminata. *Flores* mediocres, terminales, 2-3-4-6, sessiles et pedunculati, in capitulum congesti, purpurei. *Squamae calycinae* imbricatae, in spinulas subulatas longas terminatae, glabrae, ultra medium recurvatae ac atropurpureae. *Semina* matura striata.

Va-

Variat *foliis inferioribus* pinnatis aut pinnatifidis, et *squamis calycinis* totis viridibus.

Carduus crispus. (Flor. wirceb. p. 252.)

Floribus niveis an der *Chaussee* a *Werneck* versus *Wirzburgum* et alibi occurrit.

Hujus loci etiam est *Card. mollis*, (Spreng. Flor. hal. t. II.) quem et *celeb. Dr. Wolffius* in vicinia oppidi *Schweinfurt* detexit. Sed parum recedit a *C. cyanoide* (Flor. wirceb. p. 253.) et vix nisi *foliis* parum latioribus et margine undulatis diversus, quod interdum etiam solo natali determinari potest. Hinc, eum speciem distinctam constituere, haud puto.

Cnicus intermedius. (Flor. wirceb. II. p. 256.)

Praeter loca natalia indicata in aliis etiam regionibus obvius, e. gr. passim in monte *st. crucis*, in sylvis humidiusculis *Rhoenae*, e. gr. prope *Leubach*, prope *Münnerstadt* et alibi.

* *Cnicus tataricus* foliis amplexicaulibus lanceolatis dentatis ciliato-spinosis, floribus 3-phyllis.

(Jacq. Fl. austr. t. 90.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis. (In territorio *schwinefurtana* detectus a *cel. D. W.*)

Similis *Cnico* nostro *intermedio* atque *Cn. oleraceo*, quos inter revera medium tenet. *Caulis* 2-3-pedalis, erectus, crassiusculus, striatus, ramosus. *Folia* alterna, sessilia, oblongo-lanceolata, amplexicaulia, glabra, serrata, *serraturis* spinoso-serratis:

ceis: *inferiora* praecipue semipinnatifida. *Flores* breviter pedunculati, erecti, albidi aut ochroleuci, in capitula fastigiata foliolis plerumque 3 suffulta digesti. *Calyx* cylindricus: *squamis* adpressis glabris subpungentibus.

* *Cnicus parviflorus* foliis basi adnatis lanceolatis nudis pinnatifidis ciliato-spinulosis inermibus.

Perenn. Flor. Julio-Septembri.

Hab. in sylvaticis turfosis. (In sylvaticis prope *Grosenlangheim* cum fratribus meis plurima collegi specimina. Plantam unicam quoque hoc anno in sylva *Struth* observavit *Fr. G. H.*)

Radix ramosa, fusca, fibris longis aucta. *Caulis* 2-3-pedalis et altior, erectus, crassiusculus, simplex, fistulosus, teres, angulato-sulcatus, pilosus, *superne* attenuatus. *Folia* alterna, remota, sessilia, *basi* cauli adnata, *inferiora* plerumque parum decurrentia, lanceolata, nuda, utrinque viridia, spinulis inermibus inaequalibus ciliata, *infima* pinnatifida: *laciniis* subdentatis, *superiora* simpliciter profunde dentata, *suprema* angustissima brevissimaque flores quasi involucrentia. *Flores* brevissime pedunculati et sessiles, figura et magnitudine florum *Serratulae tinctoriae*, albi: *terminales* 3-6-8-10 et nonnunquam plures conglomerati, solitarii in axillis foliorum superiorum. *Calyces* ovati, basi tomento albo vestiti. *Squamae* lanceolatae, *extus* viridescentes *carina* nivea, *intus* argenteo-splendentes, arcte imbricatae, spinulis inermibus postea recurvis terminatae. *Styli* flosculis longiores. *Pappus* sessilis.

Squa-

Squamarum calycinarum *carina* nivea in plantis vivis modo conspicua, in siccis ejus loco linea atrovirens a medio squamae ad apicem usque extensa observatur.

Simillima *Carduo parvifloro*, (*L.* sp. pl. ed. *Willd.* III. p. 1658.) sed *pappus* plumosus, et *folia* nusquam erosa aut repando-dentata.

Propter hanc affinitatem, et quia insuper etiam inter *Cnici* species indigenas flores minimos ostendit, *Cn. parviflorum* eam dixi.

* *Cnicus tuberosus* foliis amplexicaulibus pinnatifidis nudiusculis spinuloso-ciliatis, caule superne aphylo subbifloro, calycinis squamis mucronatis patulis, radice tuberosa.

(*Spreng.* Fl. hal. p. 231.)

Perenn. Flor. Jul. Augusto.

Hab. in sylvaticis humidis. (Frequens in sylvula *Erlach*, inque multis aliis locis.)

Radix ramosa, *tuberibus* pluribus fusiformibus aucta. *Caulis* 2-3-pedalis, nonnunquam altior, erectus, simplicissimus aut ramo uno alterove praeditus, sulcato-angulatus, scabriusculus, sub flore plerumque villo albo dense obsessus. *Folia* alterna, utrinque scabriuscula, laete viridia, amplexicaulia, subdecurentia, lanceolata, pinnatifida: *pinnis* 2-3-lobis margine spinuloso-mucronatis. *Flos* terminalis, pedunculatus, erectus, purpureus aut dilute roseus. *Calyx* subrotundus: *squamis* arcte imbricatis lanceolatis in spinulas molles subreflexas terminatis. *Pappus* sessilis.

Fa-

Facile dignoscitur *radice* tuberosa.

Variat floribus albidis et ochroleucis, foliis angustioribus atque profundius incis.

Cnicus eriophorus. (Flor. wirceb. p. 259.)

Plantas plures nuperrime in *Kaeferholz* invenit *dit.* Fr. G. H.

Carlina acaulis. (Flor. wirceb. II. p. 264.)

Perfrequens in graminosis sterilibus circa montem *st. crucis* prope *Neustadt* et *Münnerstadt*.

Variat floribus 2-3 et 4.

Carlina caulescens. (Flor. wirceb. p. 265.)

In siccis sterilibus prope *Münnerstadt* imprimis valde frequens.

Variat caulibus 2-3-4-floris.

Chrysocoma Linosyris. (Ibid. p. 271.)

Copiosissime in via ab *Erlach* versus *Subzdorf*, in *foresto grossenlanghemien* et circa *Sickershaussen*.

SUPERFLUA.

* *Gnaphalium minimum* caule erecto ramoso, foliis lanceolatis acutis planis, floribus conicis subconfertis lateralibus terminalibusque.

(L. sp. pl. ed. Willd. III. p. 1896. Smith, Flor. brit. II. p. 873.)

Ann. Flor. Julio, Augusto.

Hab. in arenosis. (In arenosis circa *Grossenlangheim* passim reperitur.)

Plan-

Plantula vix digitalis, nonnunquam altior, erecta: caule ramoso tereti sublanato folioso. Folia alternata, erecto-adpressa, lanceolata vel ovato-lanceolata, acuta, brevia, plana, utrinque lanata. Flores plerumque conferti, etiam solitarii, sessiles, terminales et laterales, conici, estus lanati. Squamae calycinae subulatae, carinatae, estus lanatae, apice scarosae.

Planta ab *Ill. Smithio* (Flor. brit. I. c.) sub *Gnaphal. minimo* descripta omnino est nostra.

A *Gnaphalio montano* simillimo, cujus forsitan varietas, caule demissiore, foliis plerumque ovato-lanceolatis, nec, ut in illo, linearibus, caulique semper et magis adpressis et partibus omnibus multo tomentosioribus recedit.

Senecio sylvaticus. (Flor. wirceb. II. p. 288.)

Copiosissimus in arenosis prope *den erlacher Seen*, inque sylvaticis arenosis prope *Grossenlangheim*. Hinc inde etiam in *Kaeferhölzchen*.

Senecio sarracenicus. (Ibid. p. 292.)

Crescit non raro in sylvaticis montis *st. crucis*, ubi specimina altissima prostant.

Senecio commutatus. (Ibid. p. 293.)

In dicto monte maxima copia provenit.

Inula Helenium. (Ibid. p. 297.)

Post hominum memoriam et magna quidem copia sponte crescit ad lacum parvum pagi *Grossenlangheim*.

heim. Porro etiam frequens ad pagum *Hallsheim Sa-*
trapiæ Gemünden. D. G.

Inula hirta. (Fl. wirceb. p. 302.)

Reperitur quoque im *Kaferholz* et circa *Schwein-*
furt. D. W.

Inula germanica. (Ibid. l. c.)

Crescit etiam in vicinia oppidi *Schweinfurt. D. W.*

Arnica montana. (Ibid. p. 303.)

Copiose in monte *st. crucis*, et copiosissime fere
ubique in omnibus *montibus rhoenans.*

Doronicum Pardalianches. (Ibid. p. 304.)

Abundat in monte *Schwabenberg*, ubi plagam di-
midii jugeris plane obducit.

FRUSTRANEA.

Centaurea phrygia. (Ibid. p. 317.)

Hujus varietatem caule uniflora in monte *st. cru-*
cis detexit *D. D. Schneider.*

GYNAN-

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

Orchis coriophora. (Flor. wirceb. II. p. 328.)

Specimina plura prope *Grossenlangheim* legit *dil.*
Er. G. H.

* *Orchis palustris* labello obovato leviter
3-lobo, calcare germinibus duplo breviori adscen-
dente, foliolis calycinis obtusis, foliis lineari-lan-
ceolatis.

(Jacq. ic. pl. rar. t. 181.)

Perenn. Flor. Maj. Junio.

Hab. in paludosis. (In territorio *Schweinfur-*
tano teste *cel. D. Wolffio.*)

Ab *Orchide Morione*, quacum facillime con-
funditur, differt: caule altiore tenuiore a basi ad spi-
cam usque foliato, foliis lineari-lanceolatis canali-
culatis erectis, spica breviora 4-8-flora, labii trifidi
laciniis lateralibus rotundatis obtusis: intermedia multo
minore 2-fida, et calcare germine breviora obtuso.

Flores inodori, saturate purpurei.

* *Orchis albida* labello 3-partito, laciniis
linearibus acutis, intermedia obtusa, petalis conni-
ventibus, cornu germine triplo breviora obtuso.

(L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 38.)

Satyrium albidum. Hoffm. Fl. germ. II. p.
176. Oeder. Flor. dan. t. 115.

Heller Flora, III.

6

Pe-

Perenn. Flor. Majo-Julio.

Hab. in graminosis humidis. (In sylva stettensi unicum legi specimen.)

Bulbi fasciculati, teretes, digitati. Caulis palmaris et major, erectus, firmus, teres. Folia alterna, lanceolata. Flores parvi, deflexi, ex viridescente albidis, in spicam tenuem densam dispositi. Labium inferius breve, 3-fidum: laciniis lateralibus acuminatis, intermedia paulo longiore et obtusiore.

MONOECIA.

TRIANDRIA.

Carex filiformis. (Flor. wirceb. II. p. 395.)

Crescit quoque ad lacum in monte *Schwabenberg*.

Coeterum inter *Carices nostras* sane rarissima.

* *Carex stricta* spica mascula solitaria, foemineis cylindraccis attenuatis subtribus distantibus, infima brevissime exserte pedunculata, stigmatibus binis, fructibus ovatis acutiusculis ore pertusis squama lanceolata acutiuscula majoribus, foliis strictis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 287. *Pers.* syn. pl. II. p. 546. n. 196. *Smith.* Flor. brit. III. p. 1000. *Hoffm.* Flor. germ. II. p. 208. *Schkuhr.* Caric. p. 60. t. V. f. 73. *Host.* ic. et desc. gram. austr. I. p. 69. t. 94.)

Pe-

Perenn. Flor. Aprili, Majo.

Hab in paludosis. (In foresto kitzingensi haud rara.)

Radix repens, dura, lignescens, fusca, fibris plurimis validis aucta atque plures foliorum et culmorum fasciculos in cespitem densum conjunctos sustinens. Culmi erecti aut apice incurvi, triquetri, striati, glabri, ad angulos scabri: floriferi pedales, fructiferi sesquipedales et altiores. Folia culmis florentibus altiora, trifaria, carinata, acuminata, margine carinaque scabra: juniora breviter stricta, adultiora elongata deflexa. Vaginae membranaceae in fila candida fatiscientes: infimae squamiformes acuminatae pungentes. Spicae masculae 2, rarissime 3, cylindricae, erectae: terminalis longissima. Squamae lanceolatae, purpureo-fuscae. Spicae foemineae 2-3, erectae, longae, cylindricae, acutae, flosculis saepe masculis terminatae, pedunculatae aut subsessiles. Squamae ovatae, atro-purpureae. Capsulae ovatae, latae, compressae, glabrae, plicatae, in rostrum brevissimum indivisum attenuatae. Semina obtusa, trigona.

* *Carex fulva* spica mascula solitaria, foemineis tribus oblongis distantibus, suprema sessili, reliquis pedunculatis, fructibus ovato-ellipticis rostratis 2-dentatis.

(L. sp. pl. ed. *Willd.* IV. p. 270. *Pers.* syn. pl. II. p. 542. n. 128. *Smith.* Fl. brit. III. p. 991. *Hoffm.* Fl. germ. II. p. 232. *Schkuhr.* Car. t. T. n. 67.)

Perenn. Flor. Jun. Julio.

Hab. in humidis sterilibus. (In der Tanne prope Sickershausen hinc inde frequens.)

Ra-

Radix fibrosa, dura, fusca, repens. *Culmi* erecti, acute triquetri, ad angulos scabri, *inferne* foliosi: *floriferi* semipedales aut pedales, *fructiferi* duplo longiores. *Folia* pauca, erecta, rigida, culmis breviora, angusta, carinata, acuta, apice triquetra, margine et carina scabra: *culmea* alterna vaginantia. *Spica mascula* unica, linearis, acuta, erecta, densa, multiflora. *Squamae* fusciscentes, margine membranaceo-albidae, oblongae, obtusae. *Spicae foem.* 2, rarius 3, ovatae, erectae, *fructiferae* remotissimae, pedunculatae: *pedunculus inferior* longior totus fere bractea vaginali in folium abeunte vestitus, *superior* vagina plane indutus. *Squamae* ovatae, acutiusculae, fuscae. *Capsulae* ovatae, subtriquetrae, striatae, *rostro* apice 2-fido terminatae. *Semina* triquetro-subrotunda, utrinque acuminata, pallide fusca.

Non confundenda cum *Carice distanti*, cui similis.

* *Carex Pseudo-Cyperus* spica mascula solitaria, foemineis quaternis geminatis pedunculatis pendulis cylindricis, fructibus ovato-lanceolatis bicuspidatis reflexis squamam setaceam aequantibus.

(L. sp. pl. ed. Willd. IV. p. 295. *Ejusd.* Enum. p. 960. *Pers.* syn. pl. II. p. 545. n. 169. *Smith.* Fl. brit. III. p. 986. *Hoffm.* Fl. germ. II. p. 237. *Schkuhr.* Car. t. M. m. n. 102. *Host.* icon. et descr. gram. austr. I. p. 63. t. 85.)

Perenn. Flor. Majo. Junio.

Hab. in paludosis. (Copiose in paludosis nemorosis pone *Michelfeld.*)

Ra-

Radix longa, repens, fibrillosa. *Culmi* erecti, *superne* antrosum nutantes, acute triquetri, striati, ad angulos scabri, foliosi: *floriferi* pedales, *fructiferi* sesquipedales et longiores. *Folia* linearia, acuta, longa, lata, carinata, ad carinas et margines aspera, culmis longiora. *Spica mascula* terminalis, unica, oblonga, subtrigona, non procul a basi foliolo angustissimo scabro stipata. *Spicae foem.* 3-4-5, alternae, longe pedunculatae, cylindricae, *fructiferae* pendulae. *Pedunculi* filiformes, scabri. *Squamae* lanceolatae, cuspidatae, albicantes, nervo dorsali viridi in aristam longam scabram abeunte. *Capsulae* oblongae, triquetrae, acutae, striatae, *rostro* brevi tenui apice subfurcato terminatae. *Semina* ovato-triquetra, utrinque attenuata, stylo longo coronata.

TETRANDRIA.

Alnus incana. (*Flor. wirceb.* II. p. 409.)

In montibus plurimis rhoenans, praecipue in monte prope *Tann* versus *constnia fuldensia* copiosa.

POLYANDRIA.

Betula pubescens. (*Flor. wirceb.* p. 419.)

Perquam copiose in pratis humidis, inque betuletis inter *Euerdorf* et *Kissingen*. In sylvaticis *der Marrbuchsfelder* ad *Abb. Heidenfeld*, et alibi.

DIOE-

DIOECIA.

DIOECIA.

TRIANDRIA.

Empetrum nigrum. (Flor. wirceb. II. p. 441.)

Abundat in palude rhoenano, qui *schwarzes Moor* nuncupatur.

MONADELPHIA.

Taxus baccata. (Flor. wirceb. p. 450.)

Ad margines *Sylvae hoechbergensis* passim. In *Sylva pone Hoechberg* versus *Kist* satis frequens.

Index.

		A.		
	Pag.			Pag.
Acer Platanoides	32	<i>Arctium Personata</i>		74
Pseudo-Platanus	<i>ibid.</i>	<i>Arenaria marina</i>		37
Adonis vernalis	50	<i>rubra</i>		<i>ibid.</i>
Aira praecox	8	<i>tenuifolia</i>		24
Allium angulosum	26	<i>Arnica montana</i>		30
<i>descendens</i>	25	<i>Arnosoris pusilla</i>		74
Alnus incana	85	<i>Asperula tictoria</i>		11
Alsine viscosa	24	<i>Astragalus arenarius</i>		67
Andromeda polifolia	34	<i>Cicer</i>		<i>ibid.</i>
Androsace septentrionalis	13	<i>danicus</i>		<i>ibid.</i>
Anethum graveolens	23	<i>hypoglottis</i>		<i>ibid.</i>
Anthericum Liliago	26	<i>Astrantia major</i>		20
Antirrhinum Cymbalaria	56	<i>Athamanta Libanotis</i>		<i>ibid.</i>
		<i>Atriplex erecta</i>		18
		<i>laciniata</i>		<i>ibid.</i>
		B.		
Betonica officinalis	54	<i>Bromus giganteus</i>		8
Betula pubescens	85	<i>pratensis</i>		9
Bromus asper	8	<i>racemosus</i>		8
		C.		
Campanula Cervicaria	15	<i>Carduus parviflorus</i>		77
<i>glomerata</i>	<i>ibid.</i>	<i>Personata</i>		74
Cardamine impatiens	60	<i>Carex filiformis</i>		82
Carduus crispus	75	<i>fulva</i>		83
<i>mollis</i>	<i>ibid.</i>	<i>Pseudo-Cyperus</i>		84
<i>nutans</i>	74	<i>stricta</i>		82

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Carlina acaulis	78	Cnicus eriophorus	78
caulescens	<i>ibid.</i>	intermedius	77
Centaurea phrygia	80	parviflorus	76
Centunculus minimus	12	tataricus	77
Cerastium, ovale	38	tuberosus	<i>ibid.</i>
Chrysocoma Linosyris	78	Colutea arborescens	66
Chrysosplenium alterni-		Comarum palustre	50
folium	34	Convallaria verticillata	27
oppositifolium	<i>ibid.</i>	Coriandrum sativum	23
Cicuta virosa	23	Coronilla coronata	66
Circaea alpina	2	Crepis pinnatifida	72
<i>intermedia</i>	<i>ibid.</i>	virens	73

D.

Dentaria bulbifera	60	Dipsacus laciniatus	10
Dictamnus albus	34	Doronicum Pardalian-	
Digitalis lutea	57	ches	80
purpurea	<i>ibid.</i>	Dracocephalum Ruys-	
<i>Digitaria filiformis</i>	7	chiana	54

E.

Elymus europaeus	9	Euphorbia angulata	40
Empetrum nigrum	86	exigua	<i>ibid.</i>
Euphorbia acuta	40	verrucosa	<i>ibid.</i>

F.

Festuca bromoides	8	Fraxinus <i>heterophylla</i>	1
Fraxinus excelsior.	1	simplicifolia	<i>ibid.</i>

G.

Galium boreale	11	Gentiana verna	19
erectum	<i>ibid.</i>	Geum montanum	49
hyssopifolium	<i>ibid.</i>	Gladiolus communis	4
Gentiana bavarica	19	Gnaphalium minimum	78
cruciata	<i>ibid.</i>	Gypsophila muralis	36
Pneumonanthe	<i>ibid.</i>		

H.

I n d e x.

H.

	Pag.		Pag.
Hepatica nobilis	50	Hypericum dubium	69
Heracleum <i>angustifo-</i>		humifusum	<i>ibid.</i>
<i>lium</i>	22	pulchrum	<i>ibid.</i>
flavescens	<i>ibid.</i>	quadrangulare	<i>ibid.</i>
Hieracium alpinum	72	Hypochaeris glabra	73
paludosum	<i>ibid.</i>	<i>uniflora</i>	<i>ibid.</i>

I.

Inula germanica	80	Juncus fusco-ater	29
Helenium	79	<i>gracilis</i>	27
hirta	80	<i>mutabilis</i>	<i>ibid.</i>
Iris <i>pratensis</i>	5	Neesii	<i>ibid.</i>
sibirica	<i>ibid.</i>	spadiceus	29
Juncus capitatus	27	supinus	30
<i>ericoctorum</i>	<i>ibid.</i>		

L.

Lactuca perennis	71	Lilium Martagon	26
Laserpitium latifolium	21	Linaria spuria	56
pruthenicum	<i>ibid.</i>	Linum austriacum	24
Lathraea squamaria	55	Lithospermum officinale	13
Lathyrus Aphaca	63	Lotus siliquosus	68
latifolius	<i>ibid.</i>	Lunaria rediviva	59
palustris	<i>ibid.</i>	Lythrum hyssopifolium	39
Leontodon lividus	72		

M.

Medicago minima	68	Mentha riparia	52
Melica coerulea	8	Mespilus Cotoneaster	41
Mentha crispa	52	Montia fontana	9
Numularia	53	Myosurus minimus	25

N.

Nardus stricta	6
----------------	---

I n d e x.

O.

	Pag.		Pag.
Ononis spinosa	63	Orcbis palustris	81
Orchis albida	81	Orobanche caryophyllea	58
coriophora	<i>ibid.</i>	coerulea	<i>ibid.</i>

P.

<i>Panicum sanguinale</i>	7	Potentilla alba	49
Pedicularis palustris	56	aurea	48
Peplis Portula	30	<i>incana</i>	<i>ibid.</i>
Peucedanum alsaticum	20	opaca	<i>ibid.</i>
officinale	<i>ibid.</i>	rupestris	47
Phalaris arundinacea	7	subacaulis	48
Philadelphus coronarius		supina	47
	41	Prenanthes purpurea	71
Phyteuma orbiculare	15	Primula farinosa	13
Pimpinella magna	24	Prunella laciniata	54
Plantago media	12	Pulmonaria mollis	13
Poa serotina	8	Pyrola minor	35
sudetica	<i>ibid.</i>	secunda	<i>ibid.</i>
Polemonium coeruleum	14	umbellata	<i>ibid.</i>
Polygala amara	63	Pyrus Aria	41
Potamogeton compressum	12	intermedia	42

R.

Ranunculus hirsutus	51	Rosa mollissima	43
Linqua	<i>ibid.</i>	<i>villosa</i>	44
<i>Philonotis</i>	<i>ibid.</i>	Rubus <i>argenteus</i>	45
Ribes alpinum	16	corylifolius	46
petraeum	<i>ibid.</i>	glandulosus	45
Rosa agrestis	44	saxatilis	47
corymbifera	<i>ibid.</i>	tomentosus	45
gallica	43	Rumex maximus	31

S.

Salvia Sclarea	4	<i>Satyrium albidum</i>	81
verticillata	3	Scabiosa canescens	10
Samolus Valerandi	15	Scheuchzeria palustris	31
Saponaria officinalis	36	Schoenus albus	5

I n d e x.

	Pag.		Pag.
Schoenus fuscus	5	Seseli annuum	23
nigricans	6	Silene Armeria	37
Scilla amoena	26	<i>Linacola</i>	36
Scirpus Baeothryon	6	stricta	<i>ibid.</i>
Caricis	<i>ibid.</i>	Sisymbrium brevicaulis	61
palustris	<i>ibid.</i>	murale	60
<i>varius</i>	<i>ibid.</i>	strictissimum	62
<i>tenuis</i>	<i>ibid.</i>	Sium repens	22
Scorzonera hispanica	70	Sonchus palustris	70
humilis	<i>ibid.</i>	Spergula pentandra	39
Sedum villosum	38	Spiraea Aruncus	42
Selinum palustre	20	Filipendula	43
Sylvestre	<i>ibid.</i>	Stellera Passerina	33
Senecio commutatus	79	Stippa pennata	7
sarraceni	<i>ibid.</i>	Subularia aquatica	59
sylvaticus	<i>ibid.</i>	Syntherisma glabrum	7

T.

Taxus baccata	86	Trifolium pratense	67
Thesium <i>alpinum</i>	17	<i>alpinum</i>	<i>ibid.</i>
ramosum	<i>ibid.</i>	pseudo-procumbens	68
Thymus Serpyllum	54	Triglochin maritimum	31
Tragopogon major	70	palustre	<i>ibid.</i>
Trifolium ochroleucum	68	Turritis stricta	62

U.

Utricularia vulgaris	3
----------------------	---

V.

Vaccinium Oxycoccus	33	Vicia cassubica	65
uliginosum	32	dumetorum	64
Vitis idaea	33	<i>Gerardi</i>	65
Verbascum Blattaria	16	lathyroides	65
Veronica <i>hybrida</i>	2	villosa	65
scutellata	3	Viola mirabilis	18
spicata	2	persicifolia	<i>ibid.</i>